Sancte Georgi ora pro nobis
Sancte Georgi ora pro nobis
Sancte Georgi ora pro nobis
Sancte Georgi ora pro nobis

Cod. lat
2939.

Ao
IV.

altm. 3.

Cimel A 1

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

SEQ·S·EV·S·
MATH·IN ILL·I·

UMES SET DESPONSA

TA MATER IHŸ MARIA IOSEPH·

amo quam conuenirent in
uenta est in utero habens de
spū scō. Ioseph autē uir' eius
cum esset iustus &nollet eā
traducere·uoluit occulte dimittere eam·
Hęc autē co cogitante· ecce angelus dñi
in somnis apparuit ei dicens·Ioseph fili da
uid·noli timere accipere mariam coniugē
tuam· Quod enim in ea natum est·de spū
scō est· Pariet autē filium·& uocabis no
men ei ihm· Ipse enim saluum faciet popu
lum suum a peccatis eorum· AD SCAM
MARIAM· S·S·EV SCD LVCAM·
In illo tem̄p· Exiit edictum a cesare au
gusto·ut describeretur' uniuersus orbis·
Hęc descriptio prima·facta est a preside
syrię cyrino· Ibant omnes ut profite
rentur·singuli in suam ciuitatem· Ascen
dit autē & ioseph a galilea de ciuitate
nazareth in iudeam ciuitatē dauid quę uo
catur bethlehem eo quod esset de domo
& familia dauid· ut profiteretur' cum

maria desponsata sibi uxore pregnante.
Factum est autē cum essent ibi. impleti
sunt dies ut pareret. Et peperit filium
suū primogenitū. & pannis eum inuoluit.
& reclinauit eum in presepio. quia non
erat eis locus in diuersorio. Et pastores
erant in regione eadem. uigilantes et
custodientes uigilias noctis supra gregē
suum. Et ecce angelus dñi stetit iuxta
illos. & claritas dei circumfulsit illos.
& timuerunt timore magno. Et dixit
illis angelus. Nolite timere. Ecce euan
gelizo uobis gaudiū magnum. quod erit
omni populo. Quia natus est uobis hodie
saluator. qui est xp̄s dñs in ciuitate da
uid. Et hoc uobis signum. Inuenietis in
fantem pannis inuolutum. & positū in
presepio. Et subito facta est cum angelo
multitudo milicie celestis. laudantium
deū & dicentium. Gloria in altissimis
deo. & in terra pax hominibus bone uo
luntatis. AD SCĀM ANASTASIAM.
SEQUENTĪ SCI EVĀGELII LVCAM.
IN illo TEMP̄. Pastores loquebantur ad
inuicem. Transeamus usq; bethlehem. et

uideamus hoc uerbum quod factum est.
quod fecit dñs & ostendit nobis. Et uene
runt festinantes. & inuenerunt mariam
& ioseph. & infantē positum inpresepio.
Uidentes autē cognouerunt de uerbo qđ
dictum erat illis de puero hoc. Et omnes
qui audierunt. mirati sunt de his quę
dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria
autē conseruabat omnia uerba hęc. con
ferens in corde suo. Et reuersi sunt pasto
res. glorificantes & laudantes deum. in
omnibus quę audierant & uiderant. si
cut dictum est ad illos.

INITIVM SCI EVM SCVM IOHANNEM.

IN PRINCIPIO ERAT VERBVM. Et uerbum erat apud dm. Et ds erat uerbum. hoc erat in principio apud deū. Omnia per ipsum facta sunt. & sine ipso factū est nihil. Quod factū est in ipso uita erat, & uita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebre eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a deo. cui nomen erat iohannes. Hic uenit in testimoniū. ut testimonium perhiberet de lumine. ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux. sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux uera. que illuminat omnem hominē uenientem in mundum. In mundo erat. & mundus per ipsum factus est. & mundus eum non cognouit. In propria uenit. & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum. dedit eis potestatē filios dei fieri. his qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus. neq; ex uoluntate carnis. neq; ex uoluntate uiri. sed ex deo nati sunt. Et uerbum caro factum est. & habitauit in nobis. Et uidimus

gloriam eius gloriam quasi unigeniti apa
tre. Plenum gracia & ueritate.

In natale sci Stephani. Ad missam
Sequenti sci ev scm Matheum.

In illo tempore. Dicebat ihc turbis iudeorum
& principibus sacerdotum. Ecce ego mitto
ad uos prophetas & sapientes & scribas. &
ex illis occidetis. & crucifigetis. & ex eis
flagellabitis. in synagogis uris. & persequi
mini de ciuitate in ciuitate. ut ueniat super
uos omnis sanguis iustus qui effusus est super
terram. a sanguine abel iusti. usq; ad san
guinem Zacharie filii barachie. quem occi
distis inter templum & altare. Amen dico
uobis. ueniet hec omnia super generationem
istam. Ierusalem ierusalem. que occidis
prophetas. & lapidas eos qui ad te missi sunt.
quotiens uolui congregare filios tuos. que
admodum gallina congregat pullos suos
sub alas. & noluisti. Ecce relinquetur uo
bis. domus ura deserta. Dico enim uobis. non
me uidebitis amodo. donec dicatis. Benedictus
dictus qui uenit. in nomine dni.

In assumpt sci Iohis ev et arli
Sequent sci ev scm Iohannem.

In illo tẽp. Dixit ihc petro. Sequere me. Conuersus petrus. uidit illũ discipulũ quem diligebat ihc sequentem. qui & recubuit in cena sup pectus eius & dixit. Dne. quis est qui tradet te. Hunc ergo cum uidisset petrus. dicit ihũ. Dne. hic autẽ quid. Dicit ei ihc. Sic eum uolo manere donec ueniam. quid ad te. Tu me sequere. Exiuit ergo sermo iste inter fres. quia discipulus ille non moritur. Et non dixit ei ihc quia non moritur. sed sic eum uolo manere donec ueniam. quid ad te. Hic est discipulus qui testimonium perhibet de his. & scripsit haec. Et scimus quia uerum est testimonium eius.

In natale innocentium.

Sequentia sci ev scdm Mathev

In illo temp. Angelus dñi apparuit in somnis ioseph dicens. Surge & accipe puerum & matrem eius. & fuge in egyptum. & esto ibi usq; dum dicam tibi. Futurum est enim. ut herodes quietat puerum adperdendum eum. Qui surgens. accepit puerum & matrem eius nocte. & secessit in egyptum. & erat ibi. usq; ad obitum herodis. Vt ad impleretur quod dictum est ado. per pro

phetam dicentẽ. Ex ægypto uocaui filium me
um. Tunc herodes uidens quoniã illusus esse
a magis. iratus est ualde. Et mittens occidit
omnes pueros. qui erant in bethlehem. & in
omnibus finibus eius. a bimatu & infra. secun
dum tempus quod exquisierat a magis. Tunc
adimpletũ est. quod dictum est p hieremiã
prophetam dicentẽ. Vox in rama audita est.
ploratus & ululatus multus. rachel plorans
filios suos. & noluit consolari. quia non sunt.

IN OCT DNI. SCD'M LUCAM.

Postquam consũmati sunt dies octo.
ut circumcideretur puer. uocatũ est no
men eius ihc. Quod uocatum est ab ange
lo. priusquã in utero conciperetur.

DOM I P[illegible] EPH DNI. SCD'M LUCÃ.

IN illo tẽp. Erat ioseph & maria ma
ter ihu mirantes sup his quę dicebantur
de illo. Et benedixit illis symeon. & dixit
ad mariã matrem eius. Ecce positus est
hic in ruinam. & resurrectionẽ multorum
in israhel. & in signũ cui contradicetur.
Et tuam ipsius animã pertransibit gla
dius. ut reuelentur ex multis cordibus co
gitationes. Et erat anna prophetissa fi

lia phanuel. de tribu asser. Hec proiecerat in diebus multis. & uixerat cum uiro suo. annis septem a uirginitate sua. Et hec uidua erat. usq; ad annos octoginta quatuor. Que non discedebat de templo. ieiuniis & obsecrationi bus seruiens nocte ac die. Et hec ipsa hora supueniens confitebatur dño. & loquebatur de illo omnibus qui exspectabant redemptionē hierusalem. Et ut perfecerunt omnia secun legem dñi. reuersi sunt in galileam. in ciuitatē suam nazareth. Puer autē crescebat & confortabatur. plenus sapientia. Et gracia dei. erat in illo. IN VIG EPIPH. SCM MATHEV.

IN illo TEMP. Defuncto herode. ecce angelus dñi apparuit in somnis ioseph in egypto dicens. Surge & accipe puerum & matrem eius. & uade in terrā israel. defuncti sunt enī qui querebant animam pueri. Qui surgens accepit puerum & matrem eius. & uenit in terram israel. Audiens autē quod archelaus regnaret in iudea pro herode patre suo. timuit illo ire. Et ammonitus in somnis. secessit in partes galileę. Et ueniens habitauit in ciuitate. que uocatur nazareth. Vt adimpleretur quod dictū est p prophetas.

quoniam nazarius uocabitur.

IN DIE SCŌ. SCŌM DM ATH·
VM NATVS ESȜ EL IHS·

INBETHLEHEM IVDA. INDIE
busherodis regis. ecce magi ab
oriente uenerunt hierosolimā
dicentes. Vbi est qui natus est
rex iudeorum? Vidimus enim stellam eius
in oriente. & uenimus adorare eum. Audi
ens aut̄ herodes rex turbatus est. & omnis
hierosolima cum illo. Et congregans omnes
principes sacerdotum & scribas populi. scisci
tabatur abeis ubi xp̄c nasceretur. At illi di
xerunt ei. Inbethlehem iudę. Sic enim
scriptū est p̄ prophetas. Et tu bethlehem
terra iuda. nequaquā minima es in principi
bus iuda. Ex te enī exiet dux. qui regat
populum meū israhel. Tunc herodes clam
uocatis magis. diligenter didicit abeis tem
pus stellę quę apparuit eis. Et mittens
illos inbethlehem dixit. Ite. & interro
gate diligenter de puero. & cum inuene
ritis renuntiate mihi. ut & ego ueniens
adorem eum. Qui cum audissent regem
abierunt. Et ecce stella quā uiderant mori
ente antecedebat eos. usq; dum ueniens sta

ret supra ubi erat puer. Videntes autē stellam.
gauisi sunt gaudio magno ualde. Et intrantes
domū. inuenerunt puerum cum maria matre
eius. Et procidentes adorauerunt eū. Et aper
tis thesauris suis. obtulerunt ei munera. aurū
thus. & murram. Et responso accepto insom
nis ne redirent adherodem. p aliam uiā reue
rsi sunt in regionem suam. DOM·I·P EP
SEQVENTI SCI EN SCVM LVCAM.
nitt temp. Cum factus esset ihc annorū
duodecim. ascendentibus illis in hierosolimā
secm consuetudinem diei festi. consumatisq.
diebus cum redirent. remansit puer ihc in
hierusalem. & non cognouerunt parentes
eius. Existimantes autē illum esse in comi
tatu. uenerunt iter diei. & requirebant eū
inter cognatos & notos. Et non inuenien
tes. regressi sunt in hierusalem. requiren
tes eum. Et factum est post triduum. in
uenerunt illum in templo. sedentem inme
dio doctorū. audientē illos & interrogantē
eos. Stupebant autē omnes qui eum audi
ebant. sup prudentia & responsis eius.
Videntes. admirati sunt. Et dixit ma
ter eius ad illum. Fili. quid fecisti nobis

sic. Ecce pater tuus & ego . dolentes quere
bamus te. Et ait adillos. Quid est quod me
querebatis. Nesciebatis. quia inhis que pa
tris mei sunt oportet me esse. Et ipsi non
intellexerunt uerbum . quod locutus est ad
illos. Et descendit cum eis. & uenit naza
reth . & erat subditus illis. Et mater eius
conseruabat omnia uerba hec . in corde suo.
Et ihc proficiebat sapientia & aetate. &
gracia . apud deum & homines.

In hoc tpe. Scm Iohannem.

In illo tempore. Uidit iohannes ihm uenien
tem adse. & ait. Ecce agnus dei . ecce qui
tollit peccata mundi . hic est de quo scriptum
est. Post me uenit uir qui ante me factus
est . quia prior me erat. & ego nesciebam eum.
Sed ut manifestaretur israhel . propterea
uenio ego in aqua baptizans. Et testimo
nium phibuit iohannes dicens. Quia uidi
spm descendentem quasi columbam de celo.
& mansit sup eum . & ego nesciebam eum.
Sed qui misit me baptizare in aqua . ille
mihi dixit. Sup quem uideris spm descen
dentem & manentem sup eum . hic est qui bap
tizat in spu sco. Et ego uidi . & testimoni

um perhibui . quia hic eſt filius dei .

FERIA·III· SCDM MATHEVM·

In illo tempꝫ. Venit ihc agalilea iordanem adiohannem . ut baptizaretur abeo. Iohannes autē prohibebat eum dicens. Ego ate debeo baptizari . & tu uenis adme. Respondens autē ihc dixit ei . Sine modo . sic enim decet nos implere omnē iusticiam . Tunc dimisit eū . Baptizatus autē ihc. confestim ascendit deaqua . Et ecce aperti sunt ei cęli . & uidit spm dei descendentē sicut columbam . & uenientem superse. Et ecce uox decaelis dicens. Hic est filius meus dilectus. inquo mihi cōplacui.

FERIA·VI· SCDM LVCAM·

In illo tempꝫ. Egressus est ihc iuirtute spc ingalileam . & fama exiit puniuersā regionem deillo . Et ipse docebat insynagogis eorū . & magnificabatur abomnib; Et uenit nazareth ubi erat nutritus. & intrauit scdm consuetudinē suā die sabbati insynagogam . & surrexit legere. Et traditus est illi liber . esayę prophetę. Et ut reuolut librum . inuenit locum ubi scriptum est. Spūs dñi sup me propter quod unxit me .

euangelizare pauperibus misit me. sanare
contritos corde. predicare captiuis remissio
nem. & cecis uisum. dimittere confractos in
remissionē. predicare annum dñi acceptū.
& diem retributionis. Et cū plicuisset librū.
reddidit ministro & sedit. Et omnium in
synagoga oculi. erant intendentes in eum.
Coepit autē dicere ad illos. Quia hodie
impleta est haec scriptura. in auribꝰ uris.
Et omnes testimoniū illi dabant. Et mira
bantur in uerbis gracię. quę procedebant
de ore ipsius. DOMINICA .II.
SEQVEN SCI. EV. SCVM IOHAM.
In illo tempꝭ. Nuptię factę sunt in chana
galileę. & erat mater ihu ibi. Vocatus est
autē & ihc. et discipuli eius ad nuptias.
Et deficiente uino. dixit mater ihv ad eū.
Vinum non habent. Et dicit ei ihc. Quid
mihi & tibi est mulier. Nondum uenit
hora mea. Dicit mater eius ministris.
Quodcūq; dixerit uobis facite. Erant au
tem ibi lapideę ydrię sex positę. secdm
purificationē iudeorum. capientes singu
le metretas binas uel ternas. Dicit eis ihc.
Implete ydrias aqua. Et impleuerunt eas

usq; adsumum. Et dicit eis ihc. Haurite
nunc. & ferte architriclino. Et tulerunt.
Vt autē gustauit architriclinus aquam uinū
factam. & nonsciebat unde esset. ministri
autē sciebant qui hauserant aquā. uocat
sponsum architriclinus. & dicit ei. Omnis
homo primū bonum uinum ponit. & cum
inebriati fuerint tunc id quod detriusest.
Tu autē seruasti bonum uinū usq; adhuc.
Hoc fecit initium signorū ihc in chana ga
lileę. & manifestauit glam suam. Et cre
diderunt in eum discipuli eius.

FERIA·IIII· SCDM MATHEVM·
In illo tempō. Cum audisset ihc quod
iohannes traditus esset. secessit in galileam.
Et relicta ciuitate nazareth. uenit & ha
bitauit in capharnaū maritima. in finib;
zabulon & neptalim. ut adimpleretur qđ
dictum est p esayam prophetam dicentē.
Terra zabulon & terra neptalim. uia ma
ris trans iordanem galileę. gentium popu
lus qui sedebat in tenebris uidit lucē magnā.
et sedentibus in regione umbrę mortis.
lux orta est eis. Exinde coepit ihc predi
care & dicere. Penitentiam agite. appro

pinquabit enim regnum caelorum.

FERIA·VI· SCDM MATHEVM·

nillo temp̃. Circuibat ihc totam galileam docens in sÿnagogis eorũ. & predicans euange lium regni. & sanans omnem languorẽ & om nem infirmitatẽ inpopulo. Et abiit opimo eius intotam sÿriam. Et obtulerunt ei mul tos malehabentes. uariis languoribus & tor mentis cõprehensos. & qui demonia habebañ. & lunaticos. & paralÿticos. & curauit eos. Et secutę sunt eum turbę multę.

DOM̃·III· SCDM MATHEVM·

nillo temp̃. Cum descendisset ihc demon te. secutę sunt eum turbę multę. Et ecce leprosus ueniens. adorabat eum dicens. D ne. si uis potes me mundare. Et extendens ihc manum. tetigit eum dicens. Volo. munda re. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi ihc. Vide nemini dixeris. sed uade et ostende te sacerdoti. & offer munus quod precepit moÿses intestimoniũ illis. Cum aitẽ introisset capharnaum. accessit ad eum cen turio. rogans eum & dicens. D ne. puer mis iacet indomo paralÿticus. & male torque tur. Et ait illi ihc. Ego ueniam. & cura

bo eum. Et respondens centurio ait. Dñe. non
sum dignus ut intres subtectum meū. sed tantū
dic verbo. & sanabitur puer meus. Nam &
ego homo sum subpotestate. habens sub me mi
lites. & dico huic. vade. & vadit. & alu. ue
& venit. & servo meo. fac hoc. & facit. Audi
ens autē ihc miratus est. & sequentibus se di
xit. Amen dico vobis. nonnvenī tantam
fidem inisahel. Dico autem vobis. quod
multi ab oriente & occidente venient. & recū
bent cum abraham & isaac & iacob in regno
caelorū. filii autē regni eicientur in tenebras
exteriores. ibi erit fletus & stridor dentium.
Et dixit ihc centurion. Vade. & sicut cre
didisti fiat tibi. Et sanatus est puer in illa
hora. fer̄ Iiii. Sc̄d̄m Marcum.
in illo temp̄. Intravit ihc in
synagogam. & erat ibi homo. habens manū
aridam. Et observabant eum si sabbatis
curaret. ut accusarent eum. Et ait homini
habenti manum aridam. Surge in medium.
Licet sabbatis benefacere an male. Animā
saluam facere an perdere. At illi tacebant.
Et circumspiciens eos cum ira. contristatus
sup cecitate cordis eorū. dicit homini. Ex

rende manum tuam. Et extendit, & restitu
ta est manus illi. FERIA·VI·
nillo temp̃. Exeuntes pharisei cum herodia
nis. consilium faciebant aduersus ihm̃. quomo
do eum p̃derent. Et ihc̃ cum discipulis suis se
cessit ad mare. & multa turba a galilea & iudea
secuta est eum. Et ab hierosolimis & ab idumea
& trans iordanem. & qui circa tyrum & sydoñ
multitudo magna. audientes quę faciebat
uenerunt ad eum. Et dixit discipulis suis
ut nauicula sibi deseruiret propter turbã.
ne comprimerent eum. Multos enim sanabat.
ita ut irruerent in eum. ut tangerent illum.
quotquot habebant plagas. Et spiritus im
mundi cum illũ uiderent. procidebant ei &
clamabant dicentes. Tu es filius dei. Et tue
hementer cõminabatur eis. ne manifestarent
illum. Et ascendens in montẽ. uocauit ad
se quos uoluit ipse. & uenerunt ad eũ. Et
fecit ut essent duodecim cum illo. & ut mit
teret eos predicare. Et dedit illis potestatẽ
curandi infirmitates. & eiciendi dęmonia.
DOM̃·IIII· SCD̃M MATHEVM·
nillo temp̃. Ascendente ihũ nauicu
lam. secuti sunt eum discipuli eius. Et ecce

motus magnus factus est in mari . ita ut na
uicula operiretur fluctibus. Ipse uero dormi
ebat . Et accesserunt . & suscitauerunt eum
dicentes . Domine . salua nos perimus . Et dicit eis.
Quid timidi estis modicæ fidei . Tunc surgens
imperauit uentis & mari . & facta est tranquil
litas magna . Porro homines mirati sunt di
centes . Qualis est hic . quia uentis & mare obe
diunt ei . FERIA IIII. S. S. F. S CDM
In illo temp̃. Factum est ambulan LVCA
tibus illis in uia . dixit quidam ad ihm̃ . Se
quar te . quocũq; ieris . Et ait illi ihc̃ . Vul
pes foueas habent , & uolucres caeli nidos ubi
requiescant . filius autẽ hominis non habet ubi
caput reclinet . Ait autẽ ad alterũ . Seque
re me . Ille autẽ dixit . Domine permitte me
primum ire . & sepelire patrem meum . Di
xit q; ei ihc̃ . Sine mortuos sepelire mortu
os suos . tu autẽ uade & annuntia regnum
dei . Et ait alter . Sequar te domine . sed pri
mum permitte mihi renuntiare his qui domi
sunt . Et ait ad illum ihc̃ . Nemo mittit
manũ suã in aratrum & aspiciens retro . ap
tus est regno dei . FERIA SEXTA.
SCDM MATHEVM. In illo temp̃.

Uenit ihc̄ inpatriam suam . & sequebantur illum discipuli sui . Et facto sabbato cepit in synagoga docere . Et multi audientes ammirabantur indoctrina eius dicentes . Unde huic haec omnia . Et quę est sapientia quę data est illi . Et uirtutes tales quę p manus eius efficiuntur . Nonne iste est faber filius marię . frater iacobi ´ & ioseph ´ & iudę ´ & symonis . Nonne & sorores eius hic nobiscum sunt . Et scandalizabantur in illo . Et dicebat eis ihc̄ . Quia non est propheta sine honore nisi in patria sua . & in cognatione sua . & in domo sua . Et non poterat ibi uirtutē ullam facere . nisi paucos infirmos impositis manibus curauit . Et mirabatur propter incredulitatē illorum .

In vrif̃.s.marie. Scdm lcã.

OST QVAM IHIL.

IMPLETI SUNT

DIES PVRGATIONIS MARIE

ſcdm legem moyſi. tulerunt ihm̃ inhie
ruſalem. ut ſiſterent cum dn̄o ſicut ſcriptū eſt
in lege dn̄i. quia omne maſculinum adaperi
ens uuluam ſanctū dn̄o uocabitur. Et ut da
rent hoſtiam ſcdm quod dictum eſt in lege dn̄i.
par turturū. aut duos pullos columbarum.
Et ecce homo erat inhieruſalem cui nomen ſy
meon. & homo iſte iuſtus & timoratus. exſpe
ctans conſolationē iſrahel. & ſp̄s ſc̄s erat meo.
Et reſponſum acceperat aſpū ſc̄o. nonuiſurū
ſe morte niſi priuſ uideret xp̄m dn̄i. Et ue
nit inſpū intemplum. Et cum inducerent
puerum ih̄m parentes eius. ut facerent ſcdm
conſuetudinem legis pro eo. & ipſe accepit eum
in ulnas ſuas. & benedixit deū & dixit. Nunc
dimittis ſeruum tuū dn̄e ſcdm uerbum tuum
in pace. quia uiderunt oculi mei ſalutare tuū.
quod paraſti ante faciem omniū populorum.
Lumen ad reuelationē gentium. & gloriam
plebis tue iſrahel. DOMIN̄ QVINTA.
SEQVENT̄.S.EV̄.S.MATH̄. in illo tmp̄.

Respondens ihc dixit. Confiteor tibi pa
ter. dne celi & terre. quia abscondisti hec sa
pientibus & prudentibus. & reuelasti ea parun
lis. Ita pater. quo sic fuit placitum ante te.
Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo
nouit filium nisi pater. neq; patrem quis nouit
nisi filius. & cui uoluerit filius reuelare. Uem
te ad me omnes qui laboratis & onerati estis. &
ego reficiam uos. Tollite iugum meum sup uos.
& discite a me quia mitis sum & humilis corde.
& inuenietis requiem animabus uestris. Iugum
enim meum suaue est. & onus meum leue.

FERIA QUARTA IN SEPTUAGESIMA SCDM MARCUM

In illo tempore. Offerebant ihesu paruulos ut tan
geret eos. discipuli autem comminabantur offeren
tibus. Quos cum uidisset ihc indigne tulit. &
ait illis. Sinite paruulos uenire ad me. & ne
prohibueritis eos. talium est enim regnum celorum.
Amen dico uobis. quisquis non receperit regnum
dei uelut paruulus. non intrabit in illud. Et
complexans eos & imponens manus super
illos. benedicebat eos. FERIA SEXTA
IN SEPTUAGESIMA SCDM LUCAM

In illo tempore. Dixit ihc principibus sacerdotum & semo
ribus populi. Quid uobis uidetur. Homo qui

dam habebat duos filios. & accedens ad primum
dixit. Fili uade hodie. operare in uinea mea. Ille
autē respondens ait. Volo. Postea autē pœnitentia motus abiit. Accedens autē ad alterū dixit
similiter. At ille respondit. Eo dñe. Et non
iuit. Quis ex duobus fecit uoluntatem patris?
Dicunt, primus. Dicit illis ihc. Amen dico
uobis quia publicani & meretrices precedunt
uos in regno dei. DOMI IN SEPTUAG.
SEQUENTI SCI EV SCD̄M MATHEV.
In illo tempō. Dixit ihc discipulis suis.
Simile est regnum celorum homini patri
familias. qui exiit primo mane conducere
operarios in uineam suā. Conuentione autem facta cum operariis ex denario diurno.
misit eos in uineam suā. Et egressus circa horam tertiam. uidit alios stantes in foro ociosos & illis dixit. Ite & uos in uineā. & quod
iustum fuerit dabo uobis. Illi autē abierunt.
Terum autē exiit circa sextam & nonam horam. & fecit similiter. Circa undecimā
uero exiit. & inuenit alios stantes. & dicit illis. Quid hic statis tota die ociosi? Dicunt
ei. Quia nemo nos conduxit. Dicit illis. Ite & uos in uineam. Cum sero autem

factum essꝫ. dicit dñs uineę procuratori suo.
Voca operarios. & redde illis mercedem. incipiens a nouissimis usq; ad primos. Cumuenissent ergo qui circa undecimam horam uenerant. acceperunt singulos denarios. Venientes aut̃ & primi. arbitrati sunt quod plus essent accepturi. Acceperunt aut̃ & ipsi singulos denarios. Et accipientes. murmurabant aduersus patremfamilias dicentes. Hi nouissimi una hora fecerunt. & pares illos nobis fecisti qui portauimus pondus diei & aestus. At ille respondens unicuiꝰ dixit. Amice. nonfacio tibi iniuriam. Nonne exdenario conuenisti mecũ. Tolle quod tuum est & uade. Volo aut̃ & huic nouissimo dare sicut & tibi. Aut nonlicet mihi quod uolo facere. An oculus tuus nequam est. quia ego bonus sum. Sic erunt nouissimi primi. & primi nouissimi. Multi enĩ sunt uocati. pauci uero electi.

FERIA·IIII· S·S·E·SCVM

In illo tempꝫ. Egressus ihc ibat pergalileã. nec uolebat quemquã scire. Docebat aut̃ discipulos suos & dicebat illis. Quo filius hominis tradetur inmanus hominum. et

occidem eum . & occisus tertia die resurget .
Et illi ignorabant uerbum . & timebant eum
interrogare . Et uenerunt capharnaum . Qui
cum domi essent interrogabat eos . Quid inuia
tractabatis ? At illi tacebant . Siquidem in
terse inuia disputauerunt . quis esset illorum
maior . Et residens uocauit duodecim . & ait
illis . Si quis uult primus esse . erit omnium no
uissimus & omniū minister . Et assumens pu
erum statuit immedio eorū . Quem cum com
plexus esset ait illis . Quisquis unum exhuiꝰ
modi pueris receperit in nomine meo . me
recipit . Et quicūq; me susceperit . non me
suscipit sed eum qui me misit . Qui habet
aures audiendi audiat . FERIA VI
In illo tempꝭ . Factum Scdm Lucam
est dum complerentur dies assumptionis inu.
& ipse faciem suam firmauit ut iret in hieru
salem . Et misit nuntios ante conspectū suū .
Et euntes intrauerunt in ciuitatē samaritano
rum ut pararent illi . Et non receperunt eū .
quia facies eius erat euntis in hierusalem .
Cumuidissent autē discipuli eius iacobus et
iohannes dixerunt . ne . uis dicimus ut
ignis descendat de celo & consumat illos .

sicut helias fecit. Et conuersus increpabat illos dicens. Nescitis cuius spiritus estis. Filius hominis non uenit animas perdere sed saluare. Et abierunt in aliud castellum. DOMI IHS EX AGESIMA. S. S. EVM SCVM LVCAM. In illo tempꝰ. Cum turba plurima conuenire et. & de ciuitatibus properarent ad ihm. dixit pſimilitudinē. Exiit qui seminat semi nare semen suum. Et dum seminat aliud cecidit secus uiam & conculcatū est. & uolucres cęli comederunt illud. Et aliud cecidit supra petram. & natum aruit. quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas. & simul exortę spinę suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terrā bonam. & ortum fecit fructum centuplum. Hęc dicens clamabat. Qui habet aures audiendi audiat. Interrogabant autē eum discipuli eius. quę esset haec parabola. Quibus ipse dixit. Nobis datum est nosse mysterium regni dei. cęteris autē in parabolis. ut uidentes non uideant. & audientes non intellegant. Est autē haec parabola. Semen est uerbum dei. ui autē secus uiam. hi sunt qui audiunt. deinde uenit diabolus & tollit uerbum de corde

eorum . nec redemtes salui fiant. Nam qui supra
petram . hi sunt qui cum audierint cũ gaudio
suscipiunt uerbum . & hi radices non habent . qua
ad tempus credunt . & in tempore temptationis
recedunt . Quod autẽ in spinis cecidit . hi sunt
qui audierunt . & a sollicitudinib; & diuitis
& uoluptatibus uitae euntes suffocantur . et
non referunt fructum . Quod autẽ in bonam
terram . hi sunt qui in corde bono & optimo
audientes uerbum retinent . Et fructum affe
runt in patientia . FERIA·IIII· SCDM
In illo tempꝰ . Dixit ihẽs discipulis suis .

Qui non est mecum contra me est . & qui
non congregat mecum spargit . Ideo di
co uobis . omne peccatum & blasphemia remit
tetur hominibus . spꝰ autẽ blasphemię non
remittetur . Et quicumq; dixerit uerbum
contra filium hominis remittetur ei . Qui
autẽ dixerit contra spm scm . non remitte
tur ei . neq; in hoc seculo neq; in futuro .
Aut facite arborem bonam & fructũ eius
bonum . aut facite arborem malam & fru
ctum eius malum . Siquidem ex fructu
arbor agnoscitur . Progenies uiperarum .
quomodo potestis bona loqui cum sitis mali .

Ex habundantia enim cordis os loquitur.
Bonus homo. de bono thesauro profert bona.
Et malus homo de malo thesauro profert mala.
Dico autē uobis. quoniā omne uerbū ociosum
quod locuti fuerint homines. reddent rationē
de eo indie iudicii. Ex uerbis enim tuis iusti
ficaberis. & ex uerbis tuis condemnaberis.

FERIA·VI· SEQ·S·EV SCDM

In illo tempō. Dicebat ihc discipulis suis.
Videte. quid audiatis. In qua mensura
mensi fueritis remetietur uobis. & adicie
tur uobis. Qui enim habet dabitur illi.
& qui non habet. & iam quod habet aufere
tur abeo. Et dicebat. Sic est regnum dei.
quemadmodum si iaciat homo semen in
terram & dormiat. & exurgat nocte ac
die. & semen germinet. & increscat dum
nescit ille. Vltro enim terra fructificat
primū herbam deinde spicam. deinde
plenum frumentū in spica. Et cum se
produxerit fructus. statim mittit falcē
quoniā adest messis. Et dicebat. Cui
assimulabimus regnum dei? Aut cui
parabolę comparabimus illud? Sicut
granum sinapis. quod cum seminatum

fuerit inuita. minus est omnibus seminibus
que sunt in terra. Et cum seminatū fuerit
ascendit. & fit maius omnibus holeribus. et
facit ramos magnos. ita ut possint sub umbra
eius aues caeli habitare. Et talibus multis
parabolis loquebatur eis uerbum prout pote
rant audire. Sine parabola autē non loque
batur eis. Seorsum autē discipulis suis dis
serebat omnia. DOMINICA IN·L·
SEQ SCI EVG·SCM LVCĀ.
In illo tēp. Assumpsit ihc duode
cim discipulos suos. & ait illis. Ecce ascen
dimus hierosolimam. & consumabuntur
omnia que scripta sunt per prophetas de
filio hominis. Tradetur enī gentibus et
illudetur. & flagellabitur. & conspuetur.
Et postquam flagellauerint occident eū.
& die tertia resurget. Et ipsi nihil horū
intellexerunt. & erat uerbum istud ab
scondritum abeis. & non intelligebant que
dicebantur. Factum est autē cum ap
propinquaret hiericho. cecus quidam
sedebat secus uiam mendicans. Et cum
audiret turbam pretereuntē. interroga
bat quid hoc esset. Dixerunt autē ei.

quod ihc̄ nazarenus transiret . Et clamabat
dicens. I hū fili dauid . miserere mei . Et qui
preibant . increpabant eum ut taceret . I pse
uero multomagis clamabat . F ili dauid misere
re mei . S tans aut̄ ihc̄ . iussit eum adduci ad se.
Et cum appropinquasset interrogauit illum di
cens . Quid tibi uis faciam . Et ille dixit .
D nē ut uideam . Et ihc̄ dixit illi . R espice .
fides tua te saluum fecit . Et confestim uidit .
& sequebatur illum magnificans deū . Et om
nis plebs ut uidit dedit laudem deo .

f̄ r̄ia ·iiii· Sc̄m Mathēm.

N illo temp̄ . Dixit ihc̄ discipulis suis .
Cum ieiunatis . nolite fieri sicut hypocrite
tristes . Demoliuntur enim facies suas .
ut pareant hominibus ieiunantes . Amen
dico uobis . quia receperunt mercedem suam .
Tu aut̄ cum ieiunas . ungue caput tuum et
faciem tuam laua . ne uidearis hominibus
ieiunans . sed patri tuo qui est in abscoso .
Et pater tuus qui uidet in abscoso reddet
tibi . Nolite thesaurizare uobis thesauros
in terra ubi erugo & tinea demolitur . & ubi
fures effodiunt & furantur . Thesaurizate
aut̄ uobis thesauros in cēlo . ubi neq; erugo

neq; tinea demolitur. & ubi fures nonessodi
unt nec furantur. Vbi enim est thesaurus tuus.
ibi est & cor tuum. FERIA QVINTA.
SEQVENTI SCI EV SCDM MATHEV.
In illo temp. Dixit ihc discipulis suis.
Audistis quia dictum est. diliges proximum
tuum & odies inimicum tuu. Ego aute
dico uobis. diligite inimicos uestros. benefaci
te his qui uos oderunt. Et orate propsequen
tibus & calumniantibus uos. ut sitis filii pa
tris uestri qui in caelis est. qui solem suum
oriri facit sup bonos & malos. & pluit super
iustos & iniustos. Si enim diligitis eos qui
uos diligunt. quam mercedem habebitis.
Nonne & publicani hoc faciunt. Et si salu
taueritis fratres uestros tantum. quid am
pluus facitis. Nonne & ethnici hoc faciu.
Estote ergo & uos pfecti. sicut & pater
uester caelestis perfectus est. Attendite.
ne iusticiam uestram faciatis coram hom
nibus ut uideamini abeis. Alioquin mere
dem nonhabebitis apud patrem uestrum qui
in caelis est. Cum ergo facis elemosinam.
noli tuba canere ante te. sicut hypocrite fa
ciunt in synagogis & in uicis. ut honorificen

tur abhominibus. Amendico uobis. recepe
runt mercedem suam. Te aute faciente elemo
synam. nesciat sinistra tua quid faciat dexte
ra tua. ut sit elemosyna tua inabsconso. Et
pater tuus qui uidet inabsconso redder tibi.
FERIA VI. SCM MATHEUM.
In illo temp. Dixit ihc discipulis suis.
Cum oratis non eritis sicut hypocrite. qui
amant insynagogis & inangulis platea
rum stantes orare. ut uideantur abhominibs.
Amendico uobis. receperunt mercedem suam.
Tu aute cum orabis intra incubiculum tuum. et
clauso ostio tuo ora patrem tuum inabsconso.
Et pater tuus qui uidet inabsconso reddet tibi.
Orantes aute nolite multum loqui sicut eth
nici. Putant enim quod inmultiloquio suo
exaudiantur. Nolite ergo assimulari eis.
Scit enim pater uester quid opus sit uobis.
ante quam petatis eum.
SABBATO. SCM MARCUM.
In illo temp. Cum sero esset. erat nauis
inmedio mari. & ihc solus interra. Et vi
dens eos laborantes inremigando. erat enim
uentus contrarius eis. Et circa quarta uigi
liam noctis uenit adeos ambulans super

mare . & uolebat preterire eos . Illi uero uiderunt eum ambulantē sup mare . putauerunt fantasma esse . & exclamauerunt . Omnes enī eum uiderunt & conturbati sunt . Et statim locutus est cum eis & dixit illis . Confidite . ego sum . nolite timere . Et ascendit adillos in nauim . & cessauit uentus . Et plus magis intra se stupebant . Non enim intellexerant de panibus . Erat enim cor illorum obcecatum . Et cum transfretassent . peruenerunt in terrā genesareth . & applicuerunt . Cumq; egressi essent denaui . continuo cognouerunt eum . Et percurrentes uniuersam regionem illam . coeperunt ingrabattis eos qui se male habebant circumferre . ubi audiebant eum esse . Et quocumq; introibat in uicos uel in uillas aut ciuitates . in plateis ponebant infirmos . et deprecabantur eum . ut uel fimbriam uestimenti eius tangerent . Et quotquot tangebant eum salui fiebant .

DOMINICA IN QVADRAG. S. MATHEV.
ILLO TEMP. DVCTVS EST IHS

in desertum aspiritu. ut temptaretur adia
bolo. Et cum ieunasset quadraginta diebs
& quadraginta noctibus postea esurit. Et
accedens temptator dixit ei. Si filius dei es.
dic ut lapides isti panes fiant. Qui respon
dens dixit. Scriptum est. non in solo pane
uiuit homo. sed in omni uerbo quod procedit
de ore dei. Tunc assumpsit eum diabolus in
sanctam ciuitatē. & statuit eum supra pinna
culum templi. & dixit ei. Si filius dei es.
mitte te deorsum. Scriptum est enim. quia
angelis suis mandauit de te. & in manibus
tollent te. ne forte offendas ad lapidem pe
dem tuum. Ait illi ihc. Rursum scriptū
est. non temptabis dnm deum tuū. Iterū
assūpsit eum diabolus in montem excelsum
ualde. & ostendit ei omnia regna mundi et
gloriam eorū. & dixit illi. Hec omnia tibi
dabo. si procidens adoraueris me. Tunc di
xit ei ihc. Vade satanas. Scriptum est
enim. dnm deū tuum adorabis. & illi soli
seruies. Tunc reliquit eum diabolus. & ecce
angeli accesserunt & ministrabant ei.

FER. II. SCŌM MATH.

IN illo tēp̄. DIXIT IHC discipulis suis. Cum uenerit filius hominis in maiestate sua & omnes angeli cum eo. tunc sedebit sup sedem maiestatis suę. & congregabuntur ante eum omnes gentes. & separabit eos ab inuicem. sicut pastor segregat oues ab hedis. Et statuet oues quidem ad dexteris suis. hedos aut̄ a sinistris. Tunc dicet rex his qui ad dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei. possidete paratum uobis regnū a constitutione mundi. Esurii enim. & dedistis mihi manducare. Sitiui. & dedistis mihi bibere. Hospes eram. & collegistis me. Nudus. & operuistis me. Infirmus. et uisitastis me. In carcere eram. & uenistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti dicentes. Dn̄e. quando te uidimus esurientē & pauimus. sitientem & dedimus tibi potum. Quando aut̄ te uidimus hospitem & collegimus te. aut nudum & cooperuimus te. Aut quando te uidimus infirmum aut in carcere & uenimus ad te. Et respondens rex dicet illis. Amen dico uobis. quamdiu fecistis uni de his fratribus meis mini

mis mihi feciſtis. Tunc dicet & his qui a si
niſtris eius erunt. Discedite ame male
dicti in ignem aeternum. qui paratus
est diabolo & angelis eius. Esurii enim.
& non dediſtis mihi manducare. Sitii.
& non dediſtis mihi potum. Hospes eram.
& non collegiſtis me. Nudus. & non ope
ruiſtis me. Infirmus & in carcere. & non
uiſitaſtis me. Tunc respondebunt ei et
ipsi dicentes. Domine. quando te uidimus
esurientem. aut sitientem. aut hospitem.
aut nudum. aut infirmum. uel in car
cere. & non ministrauimus tibi. Tunc
respondebit illis dicens. Amen dico uo
bis. quamdiu non feciſtis uni de minori
bus his. nec mihi feciſtis. Et ibunt hi in
supplicium aeternum. iusti autem in
uitam aeternam. FERIA·III·
In illo tempore. SCDM MATH.
Cum intraſſet ihc hierosolimam. com
mota est uniuersa ciuitas dicens.
Quis est hic. Populi autem dicebant.
Hic est ihc propheta a nazareth galileae.
Et intrauit ihc in templum dei. & eiciebat
omnes uendentes & ementes in templo.

Et mensas nummulariorum & cathedras uen
dentium columbas euertit. & dicit eis. Scri
ptum est. domus mea domus orationis uoca
bitur. uos autem fecistis illam spelunca latro
num. Et accesserunt ad eum cęci & clau
di in templo. & sanauit eos. Videntes au
tem principes sacerdotum & scribę mirabi
lia quę fecit. & pueros clamantes in templo
& dicentes. osanna filio dauid. indignati
sunt & dixerunt ei. Audis quid isti dicunt.
Ihc aut dixit eis. Utiq;. Nunquam legi
stis. quia ex ore infantium & lactentium
perfecisti laudem. Et relictis illis. abiit
foras extra ciuitatem in bethaniam. ibiq;
docebat eos de regno dei. F̄ E R̄ · IIII ·
S E Q̄ S · E · S · M A T H
N illo temp̄. Accesserunt ad ih̄m
scribę & pharisei dicentes. Magister. uo
lumus a te signum uidere. Qui respon
dens ait illis. Generatio mala & adul
tera signum quęrit. & signum non dabi
tur ei nisi signum ionae prophetę. Sicut
enim fuit ionas in uentre coeti tribus di
ebus & tribus noctibus. sic erit filius hom
inis in corde terrę tribus diebus & tribus

noctibus. Uiri niniuite surgent in iudi
cio cum generatione ista & condempnabunt
eam. quia poenitentiam egerunt in predi
catione ionae. Et ecce plusquam iona hic.
Regina austri surget in iudicio cum genera
tione ista & condempnabit eam. quia uenit
a finibus terre audire sapientiam salomonis.
Et ecce plusquam salomon hic. Cum autē
immundus spiritus exierit ab homine. am
bulat per loca arida. quetens requiem et
non inuenit. Tunc dicit. Reuertar in do
mum meam unde exiui. Et ueniens in
uenit uacantem. scopis mundatam & or
natam. Tunc uadit & assumit septem ali
os spiritus secum nequiores se. & intrantes
habitant ibi. Et fiunt nouissima homi
nis illius peiora prioribus. Sic erit & ge
nerationi huic pessime. Adhuc eo loquen
te ad turbas. ecce mater eius & fratres sta
bant foris quetentes loqui ei. Dixit autē
ei quidam. Ecce mater tua & fratres tui
foris stant quetentes te. Et ipse respon
dens dicenti sibi ait. Quę est mater mea.
& qui sunt fr̄s mei. Et extendens ma
num in discipulos suos dixit. Ecce ma

ter mea & frs mei. Quicunq; enī fecerit
uoluntatem patris mei qui in cęlis est.
ipse meus & frater & soror & mater est.
FERIA·V· SCĪ IOHĀIS
In illo tempō. Dicebat ihc ad eos
qui crediderunt ei iudeos. Si manseri
tis in sermone meo. uere discipuli mei
eritis. & cognoscetis ueritatē. & ueritas
liberabit uos. Respōderunt ei. Semen
abrahę sumus. & nemini seruiuimus un
quam. quomodo tu dicis. liberi eritis.
Respondit eis ihc. Amen amen dico uobis.
quia omnis qui facit peccatum seruus est
peccati. Seruus autē non manet in domo
in aeternū. filius autē manet in aeternū.
Si ergo filius uos liberauerit. uere liberi
eritis. Scio quia filii abrahę estis. sed que
ritis me interficere. quia sermo meus non
capit in uobis. Ego quod uidi apud pa
trem loquor. & uos que uidistis apud pa
trem uestrum facitis. Respōderunt et
dixerunt ei. Pater noster abraham est.
Dicit eis ihc. Si filii abrahae estis. opera
abrahę facite. Nunc autē queritis me
interficere. hominem qui ueritatē locu

tus ſum uobiſ quam audiui adeo Hoc
abraham nonfecit. uos facitis opera patris
uestri. Dixerunt itaq; ei. Nos ex formi
catione nonſumus nati. unum patrem
habemus deū. Dixit ergo eis ihc. Si ds
pater uester esset diligeretis utiq; me.
Ego enī ex deo processi & uen. Neq; enī
ame ipso uen. sed ille me misit. Qua
re loquelam meā noncognoscitis. Quia
nonpotestis audire sermonē meū. Vos
ex patre diabolo estis. & desideria eius
uultis facere. Ille homicida erat ab in
tio & in ueritate nonstetit. quia non
est ueritas in eo. Cum loquitur menda
cium ex propriis loquitur. quia men
dax est & pater eius. Ego autē quia
ueritatē dico noncreditis mihi. Quis
ex uobis arguit me de peccato. Si ueri
tatē dico. quare noncreditis mihi. Qui
est ex deo uerba dei audit.

FERIA·VI· SCM IOHEM

In illo tempō. Erat dies festus iudeorū.
& ascendit ihc hierosolimam. Est autē
hierosolima probatica piscina quę cog
nominatur hebraice bethsaida. quinq;

porticus habens. In his iacebat multi
tudo magna languentiu. caecorum.
claudorum. aridorum. expectantium
aquę motum. Angelus enim dñi secun
tempus descendebat in piscinam & move
batur aqua. Et qui prior descendisset
in piscinam post motionē aquę. sanus
fiebat a quacunq; tenebatur infirmitate.
Erat autē quidam homo ibi triginta &
octo annos habens in infirmitate sua.
Hunc cum vidisset ihc iacentem. & cogno
uisset quia multū iam tempus habet. di
cit ei. Vis sanus fieri. Respondit ei lan
guidus. Dne. hominem non habeo. ut
cum turbata fuerit aqua mittat me in
piscinam. Dum venio ego enī ego. alius
ante me descendit. Dicit ei ihc. Sur
ge. tolle grabattū tuū & ambula. Et sta
tim sanus factus est homo. & sustulit
grabattum suū & ambulavit. Erat au
tem sabbatum in illo die. Dicebant ergo
iudei illi qui sanatus fuerat. Sabbatū
est. non licet tibi tollere grabattū tuum.
Respondit eis. Qui me sanum fecit ille
mihi dixit. tolle grabattū tuū & ambu

la. Interrogauerunt ergo eum. Quis est
ille homo qui dixit tibi. tolle grabattum
tuū & ambula. Is autē qui sanus fuerat
effectus nescebat quis esset. Ihc autem
declinauit aturba constituta inloco. Post-
ea inuenit eum ihc intemplo. & dixit ei.
Ecce sanus factus es. iam noli peccare. ne
deterius tibi aliquid contingat. Abiit
ille homo & nuntiauit iudeis. quia ihc
esset qui fecit eum sanum. SABBATO.
SEQ SCI. EQ SCDM MATH
N illo tempō. Assumpsit ihc petrum
& iacobum & iohannem fratrē eius. & du
cit illos in montē excelsum seorsum. et
transfiguratus est ante eos. Et resplen
duit facies eius sicut sol. uestimenta au
tem eius facta sunt alba sicut nix. Et
ecce apparuit illis moyses & helias cum
eo loquentes. Respondens autē petrus
dixit adihm. Domine. bonū est nos hic
esse. Si uis faciamus hic tria tabernacu
la. tibi unum. moysi unum. & helie
unum. Adhuc eo loquente. ecce nubes
lucida obumbrauit eos. Et ecce uox de
nube dicens. Hic est filius meus dilectus.

inquo mihi complacui. ipsum audite.
Et audientes discipuli ceciderunt in faci
es suas & timuerunt valde. Et accessit
ihc & tetigit eos. dixitq; eis. Surgite.
& nolite timere. Leuantes aute oculos
suos neminē uiderunt nisi solum ihm.
Et descendentibus illis de monte. precepit
eis ihc dicens. Nemini dixeritis uisio
nem. donec filius hominis a mortuis re
surgat. Dom̄. xi. Scm̄ Matth̄.
In illo tēp̄. Egressus ihc. secessit in
partes tyri & sydonis. Et ecce mulier
chananea a finibus illis egressa. clama
uit dicens ei. Miserere mei dne fili da
uid. filia mea male a demonio uexatur.
Qui non respondit ei uerbum. Et acceden
tes discipuli eius. rogabant eum dicentes.
Dimitte eam. quia clamat post nos. Ipse
aute respondens ait. Non sum missus.
nisi ad oues que perierunt domus israhel.
At illa uenit. & adorauit eum dicens. Dne.
adiuua me. Qui respondens ait. Non est
bonum sumere panem filiorū & mittere
canibus. At illa dixit. Etiam dne.
Nam & catelli edunt de micis. que cadūt

demensa dnorum suorum. Tunc respondens
ihc. ait illi. O mulier. magna est fides tua.
fiat tibi sicut uis. Et sanata est filia eius ex
illa hora. ℣. f'r n. Scm Ioham
N illo temp. Dixit ihc turbis iudeorum.
Ego uado & quæritis me. & in peccato uestro
moriemini. Quo ego uado. uos non pote
stis uenire. Dicebant ergo iudei. Nun
quid interficiet semetipsum. quia dicit.
quo ego uado uos non potestis uenire. Et
dicebat eis. Uos de deorsum estis. ego de
supernis sum. Vos de hoc mundo estis.
ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo
uobis. quia moriemini in peccatis uestris.
Si enim non credideritis quia ego sum. mo
riemini in peccato uro. Dicebant ergo ei
iudei. Tu quis es. Dixit eis ihc. Princi
pium. qui & loquor uobis. Multa habeo
de uobis loqui & iudicare. sed qui misit
me uerax est. & ego quæ audiui ab eo.
hæc loquor in mundo. Et non cognouе
runt quia patrem eis dicebat. Dixit er
go eis ihc. Cum exaltaueritis filium ho
minis. tunc cognoscetis quia ego sum. et
a me ipso facio nihil. sed sicut docuit me

pater hec loquor. Et qui me misit mecum
est. & non reliquit me solum. quia ego que
placita sunt ei facio semper.

FERIA III. SCI MATHEI.

In illo tempo. Locutus est ihc ad turbas
& ad discipulos suos dicens. Sup cathedra
moysi sederunt scribe & pharisei. Omnia
ergo quecuq; dixerint uobis seruate & fa
cite. secundu opera uero eoru nolite facere.
Dicunt enim. & non faciunt. Alligant aute
onera grauia & importabilia. & imponu
in humeros hominu. digito aute suo nolu
ea mouere. Omnia uero opera sua faciu.
ut uideamur ab hominibus. Dilatant
enim philacteria sua. & magnificant
fimbrias. Amant aute primos recubitus
in cenis. & primas cathedras in synago
gis. & salutationes in foro. & uocari ab
hominibus rabbi. Vos aute nolite uoca
ri rabbi. unus est enim magister uester.
omnes aute uos fratres estis. Et patrem
nolite uocare uobis super terra. unus est
enim pater uester qui in celis est. Nec uo
cemini magistri. quia magister uester
unus est xpc. Qui maior est uestrum.

ert minister uester. Qui autē se exaltauer
it humiliabitur. & qui se humiliauerit ex
altabitur. FERIA IIII. SCDM
Illo temp Assumens MATHEV.
ihc hierosolimam. assumpsit duodecim
discipulos secreto. & ait illis. Ecce ascen
dimus hierosolimā. & filius hominis tra
detur principibus sacerdotū & scribis. et
condemnabunt eum morte. Et tradent
eum gentibus ad deludendū. & flagellan
dum. & crucifigendū. & tertia die resur
get. Tunc accessit ad eū mater filiorum
Zebedei cum filiis suis. adorans & petens
aliquid abeo. Qui dixit ei. Quid uis?
Ait illi. Dic ut sedeant hi duo filii mei.
unus ad dexteram tuam. & alius ad sini
stram in regno tuo. Respondens autē
ihc dixit. Nescitis quid petatis. Pote
stis bibere calicem quem ego bibiturus sū.
Dicunt ei. Possumus. Ait illis. Calicē
quidem meū bibetis. sedere autē ad
dexteram meā & sinistram non est meum
dare uobis. sed quibus paratum est apa
tre meo. Et audientes decem. indignati
sunt de duobus fratribus. Ihc autē uo

cauit eos adse &ait. Scitis quia princi
pes gentium dominantur eorū. &qui ma
iores sunt potestatē exercent in eos. Non
ita erit inter uos. Sed quicunq; uoluerit
inter uos maior fieri. sit uester minister.
Et qui uoluerit inter uos primus esse. erit ue
ster seruus. Sicut filius hominis non uenit
ministrari sed ministrare. &dare animam
suam redemptionē.

FERIA V. SCĀ IOHANNIS.

Nullo tempō. Sicut audio iudico. &iudicium meū iustū
est. quia non quero uoluntatē meam. sed
uoluntatē eius qui me misit. Si ego testi
monium perhibeo deme ipso. testimonium
meū non est uerum. Alius est qui testimo
nium perhibet deme. &scio quia uerum
est testimoniū quod perhibet deme. Vos
misistis ad iohannem. &testimonium
perhibuit ueritati. Ego autē non abho
mine testimoniū accipio. sed hec dico
ut uos salui sitis. Ille erat lucerna ardens
&lucens. uos autē uoluistis adhoram
exultare in luce eius. Ego autē habeo te

ſtimonium maiuſ iohanne. O pera eñ
quę dedit mihi pater ut perficiam ea.
ipſa opera teſtimoniū perhibent deme.
quia pater me miſit. Et qui me miſit
pater. ipſe teſtimoniū perhibet deme.
Neq; uocem eius unquam audiſtis. neq; ſpe
ciem eius uidiſtis. Et uerbum eius non
habetis inuobis manens. quia quem mi
ſit ille huic uos non creditis. Scrutami
ni ſcripturas. inquibus uos putatis uitā
aeternam habere. &illę ſunt quę teſti
monium perhibent deme. Et non uul
tis uenire adme. ut uitam habeatis.
Claritatem abhominibus non accipio. ſed
cognoui uos. quia dilectionē dei non ha
betis inuobis. Ego uenio innomine pa
tris mei. &non accepiſtis me. Si alius
ueniet innomine suo. illum accipietis.
Quomodo poteſtis uos credere. qui glo
riam abinuicem accipitis. &gl'am
quę adeo solo eſt non quęritis. Nolite
ergo putare. quia ego accuſaturus ſum
uos apud patrem. Eſt qui accuſat uos.
moyſes inquo uos ſperatis. Si enī cre
deretis moyſi. crederetis forſitan et

mihi. De me enī ille scripsit. Si autē
illius litteris non creditis. quomodo meis
uerbis credetis. FERIA·VI·
SEQVENT SCI EV·S·MATHEV.
In illo temp̄. Dixit iñc discipulis suis
& turbis iudeorum parabolam hanc.
Homo erat paterfamilias. qui plantauit
uineam. & sepem circumdedit ei. Et fo
dit in ea torcular. & aedificauit turrī.
& locauit eam agricolis. & peregre pro
fectus est. Cum autē tempus fructuum
appropinquasset. misit seruos suos ad
agricolas. ut acciperent fructus eius.
Et agricolę apprehensis seruis eius. aliū
ceciderunt. alium occiderunt. alium
uero lapidauerunt. Iterum misit alios
seruos. plures prioribus. Et fecerunt
illis similiter. Nouissime autē. misit
ad eos filium suū dicens. Uerebuntur
filium meum. Agricolę autē uidentes
filium. dixerunt intra se. Hic est he
res. uenite occidamus eum. & habebi
mus hereditatē eius. Et apprehensum
eum. eiecerunt extra uineam & occide
runt. Cum autem uenerit dñs uinee.

quid faciet agricolis illis. Aiunt illi.
alos male perdet. & uineam suam loca
bit aliis agricolis qui reddant ei fructū
temporibus suis. Dicit illis ihc. Nun
quā legistis inscripturis. lapidem quē
reprobauerunt edificantes. hic factus
est in capite anguli. adno factum est
istud. & est mirabile oculis nostris.
Ideo dico uobis. quia auferetur a uobis
regnum dei. & dabitur genti facienti
fructus eius. Et qui ceciderit super la
pidem istum confringetur. super quē
uero ceciderit conteret eum. Et cum
audissent principes sacerdotū & phari
sei parabolas eius. cognouerunt quod
de ipsis diceret. Et quaerentes eum tene
re timuerunt turbas. quoniā sicut
prophetam eum habebant. SABBATO
SEQVENTI. SCI EC SCM LVCA.
In illo tmp. Dixit ihc discipulis suis.
Homo quidam habuit duos filios. & di
xit adolescentior ex illis patri. Pater.
da mihi portionē substantiē quę me
contingit. Et diuisit illis substantiam.
Et non post multos dies. congregatis om

nibus adolescentior filius peregre profec
tus est in regione longinquam. & ibi dis
sipauit substantiá suam uiuendo luxu
riose. Et postquá omnia consummasset.
facta est fames ualida in regione illa. et
ipse coepit egere. Et abiit. & adhesit
uni ciuium regionis illius. & misit illum
in uillam suá ut pasceret porcos. Et cupi
ebat implere uentrem suum de siliquis
quas porci manducabant. & nemo illi
dabat. In se autẽ reuersus dixit. Quan
ti mercenarii in domo patris mei habun
dant panibus. ego autẽ hic fame pereo.
Surgam & ibo ad patrem meum. & dicam
ei. Pater. peccaui in cęlum & coram te.
iam non sum dignus uocari filius tuus.
fac me sicut unum ex mercenariis tuis.
Et surgens. uenit ad patrem suum. Cum
autẽ adhuc longe esset. uidit illum pa
ter ipsius. & misericordia motus est. & ac
curens cecidit sup collum eius. & oscula
tus est eum. Dixit q; ei filius. Pater.
peccaui in cęlum & coram te. iam non sum
dignus uocari filius tuus. Dixit autẽ
pater ad seruos suos. Cito proferte stolá

primam . & induite illum . & date anu
lum inmanū eius . & calciamenta inpedes
eius . ☩ t adducite uitulum saginatum .
& occidite . & manducemus & epulemur .
quia filius meus hic mortuus erat & reuixit .
perierat & inuentus est . ☩ t coeperunt epu
lari . ☩ rat autē filius eius senior in agro .
☩ t cum ueniret & appropinquaret domui .
audiuit symphoniam & chorum . & uoca
uit unum de seruis . & interrogauit quae
haec essent . I sq; dixit illi . F rater tuus
uenit . & occidit pater tuus uitulum sagi
natum . quia saluum illum recepit . I ndig
natus est autē . & nolebat introire . P ater
ergo illius egressus . cepit rogare eum .
I lle respondens . dixit patri suo . ☩ ece
tot annis seruio tibi . & nunquā manda
tum tuum preteriui . & nunquā dedisti
mihi hedum . ut cum amicis meis epularer .
S ed postquā hic filius tuus qui deuorauit
substantiam suam cum meretricibus ue
nit . occidisti illi uitulum saginatum .
☩ t ipse dixit illi . F ili . tu semper mecū
es . & omnia mea tua sunt . epulari autē
& gaudere oportebat . quia frater tuus

hic mortuus fuerat & reuixit. perierat
& inuentus est. DOMINICA
SEQVENTI SCRIPTVS SECVNDVM LVCAM.
In illo tempore. Erat ihc eiciens demon
ium. & illud erat mutum. Et cum eiecisset
demonium locutus est mutus. & admira
te sunt turbe. Quidam eorum dixerunt.
In beelzebub principe demoniorum eicit de
monia. Et alii temptantes. signum que
rebant ab eo. Ipse autem ut uidit cogi
tationes eorum. dixit eis. Omne regnum
in seipsum diuisum desolatur. & do
mus supra domum cadit. Si autem & sata
nas in seipsum diuisus est. quomodo
stabit regnum ipsius. quia dicitis in
beelzebub eicere me demonia. Si autem
ego in beelzebub eicio demonia. filii ue
stri in quo eiciunt. Ideo ipsi iudices ue
stri erunt. Porro. si in digito dei eicio
demonia. profecto peruenit in uos reg
num dei. Cum fortis armatus custo
dit atrium suum. in pace sunt ea que
possidet. Si autem fortior illo sup ue
niens uicerit eum. uniuersa arma ei
us auferet in quibus confidebat. & spo

lia eius distribuet. Qui non est mecum
aduersum me est. & qui non colligit me
cum dispergit. Cum immundus spiri
tus exierit ab homine. ambulat per lo
ca inaquosa quęrens requiem. & non
inueniens dicit. Reuertar in domum
meam unde exiui. & cum uenerit.
inuenit scopis mundatam & ornatam.
& tunc uadit. & assumit septem ali
os spiritus nequiores se. & ingressi ha
bitant ibi. & sunt nouissima hominis
illius peiora prioribus. Factum est
autē cum hęc diceret. extollens uocem
quędam mulier de turba dixit illi.
Beatus uenter qui te portauit. &
ubera quę suxisti. At ille dixit.
Quin immo. beati qui audiunt ver
bum dei. & custodiunt illud.

FERIA·II· SCDM LVCAM.

In illo temp̃. Locuti sunt pharisei
ad ih̃m. Quanta audiuimus facta
in capharnaū. fac & hic in patria tua.
At ille aut̃. Amen dico uobis. quia ne
mo propheta acceptus est in patria sua.
In ueritate dico uobis. multę uidue erāt

indiebus heliae misiabel. quando clau
sum est caelum annis tribus & mensibus
sex. cum facta esset fames magna omni
terra. & ad nullam illarū missus est hach
as. nisi in sarepta m sydonię ad mulierem
uiduam. ℭ t multi leprosi erant in israhel
sub heliseo propheta. & nemo eorum mun
datus est nisi neaman syrus. ℭ trepleti
sunt omnes in synagoga ira. haec audien
tes. ℭ t surrexerunt. & eiecerunt illum
extra ciuitatē. & duxerunt illum usq; ad
supercilium montis supra quem ciuitas
illorū erat edificata. ut precipitarent ēū.
ipse autē transiens. per medium illorum
ibat. f̄ f ℞ ℞ ·iii· S· f q̄· s· f· s c d̄m
n illo temp̄. ℞espiciens m a t h ē
ihc discipulos suos. dixit symoni petro.
Si peccauerit in te frater tuus. uade et
corripe eum inter te & ipsum solum.
Si te audierit. lucratus eris fratrem
tuū. Si autē te non audierit. adhibe
tecum adhuc unū uel duos. ut in ore du
orum uel trium testium stet omne ver
bum. Quod si non audierit eos. dic ec
clesię. Si autē ecclesiam non audierit.

sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amen
dico uobis. quęcūq; alligaueritis sup terrā.
erunt ligata & in cęlo. Et quęcumq; solue
ritis super terrā. erunt soluta & in cęlo.
Iterum dico uobis. quia si duo ex uobis con
senserint sup terram. de omni re quamcūq;
petierint fiet illis a patre meo qui in cęlis
est. Vbi enī sunt duo uel tres congregati
in nomine meo. ibi sum in medio eorum.
Tunc accedens ad eum petrus dixit. Dne.
quoties peccabit in me frater meus. & di
mittam ei. usq; septies. Dicit illi ihc.
Non dico tibi usq; septies. sed usq; septu
agies septies. FERIA·IIII· SCŌM
In illo temp. Accesserunt ad MATHEŪ.
ad ihm abhierosolimis scribę & pharisei
dicentes. Quare discipuli tui transgredi
untur traditionē seniorum. Non enim
lauant manus suas cum panem manducant.
Ipse autē respondens ait illis. Quare et
uos transgredimini mandatū dei propter
traditionem uestram. Nam deus dixit.
Honora patrem tuū & matrem. & qui ma
ledixerit patri uel matri morte moriatur.
Vos autē dicitis. Quicūq; dixerit patri

uel matri. munus quodcumq; eſt exme
tibi prodeſſe & non honorificabit patrem
ſuum aut matrem ſuam. Et irritum feci
ſtis mandatū dei propter traditionē uām.
Hypocrite. bene prophetauit de uobis
eſaias dicens. Populus hic labiis me hono
rat. cor autē illorū longe eſt a me. Sine
cauſa autem colunt me. docentes doctrinas
& mandata hominum. Et conuocatis
ad ſe turbis dixit eis. Audite & intelle
gite. Non quod intrat in os coinquinat
hominem. ſed quod procedit ex ore hoc
coinquinat hominē. Tunc accedentes diſ
cipuli eius dixerunt ei. Scis quia pha
riſei audito hoc uerbo ſcandalizati ſunt.
Et ille reſpondens ait. Omnis plantatio
quam non plantauit pater meus celeſtis
eradicabitur. Sinite illos. cęci ſunt du
ces cęcorum. Cęcus autē si cęco ducatū
præſtet. ambo in foueam cadunt. Reſpon
dens autē petrus dixit ei. Ediſſere no
bis parabolam iſtam. Ille dixit. Adhuc
& uos ſine intellectu eſtis. Non intelligitis quia omne quod in os intrat in
uentrem uadit. & in ſecceſſum emittitur.

Quae autē procedunt deore decorde ex
eunt. & ea coinquinant hominem. Decor
de enī exeunt cogitationes malę. homici
dia. adulteria. fornicationes. furta. fal
sa testimonia. plasphemię. Hec sunt
quę coinquinant hominem. Nonlotis
autē manibus manducare. noncoinqui
nat hominem. FERIA. V.
SEQ̄. S. EV̄. SCD̄M IOHAN
Illo tēp̄. Dixit ihc turbis. Hem.
Operamini noncibum qui perit. sedqui
permanet inuitam aeternam. quē filius
hominis dabit uobis. Hunc enī pater
signauit deus. Dixerunt ergo adeum.
Quid faciemus ut operemur opera dei.
Respondit ihc & dixit eis. Hoc est opus
dei. ut credatis ineum quem misit ille.
Dixerunt ergo ei. Quod ergo tu facis
signum ut uideamus & credamus tibi.
Quid operaris. Patres nostri manduca
uerunt manna indeserto sicut est. Panē
decelo dedit eis manducare. Dixit er
go eis ihc. Amen dico uobis. non mo
yses dedit uobis panem uerū decaelo.
sed pater meus dat uobis panem uerum

decęlo. Panis enī dei eſt. qui deſcendit
decaelo &dat uitam mundo. Dixerūt
ergo adeum. Dne. ſemper da nobis pa
nem hunc. Dixit autē eis ihc. Ego ſū
panis uitae. qui uenit adme nonesuriet.
Et qui credit inme nonsitiet umquam.

fer̄. vi. In illo tēp. Uenit ihc inciuitatem ſamarię quę dicitur ſichem. iuxta prędium quod dedit ia cob filio ſuo ioſeph. Erat autē ibi fons iacob. Ihc ergo fatigatus exmineri. ſedebat ſic ſup fontem. Hora erat qua ſi ſexta. Uenit mulier deſamaria hau rire aquam. Dicit ei ihc. Da mihi bibere. Discipuli enī eius abierunt in ciuitatem. ut cibos emerent. Dicit er go ei mulier illa ſamaritana. Quomo do ergo tu iudeus cum sis. bibere ame poſcis quę ſum mulier ſamaritana? Non enī coutuntur iudei ſamaritanis. Respondit ihc &dixit ei. Si ſcires donum dei. &quis eſt qui dicit tibi da mihi bibere. tu forſitan petiſſes abeo &dediſſet tibi aquam uiuam. Dicit

ei mulier. Dñe. neq; inquo hauries
habes. & puteus altus est. Unde ergo
habes unam aquam. Nunquid tu
maior es patre nr̄o iacob qui dedit
nobis puteum. & ipse ex eo bibit et fi
lii eius & pecora eius. Respondit
ihc & dixit ei. Omnis qui bibit ex
aqua hac. sitiet iterum. qui autē bi
berit ex aqua quam ego dabo ei non
sitiet in aeternum. sed aqua quam ego
dabo ei fiet in eo fons aquae salientis
in uitam aeternam. Dicit ad eum mu
lier. Dñe. da mihi hanc aquam ut non
sitiam. neq; veniam huc haurire.
Dicit ei ihc. Vade voca virum tuum
& veni huc. Respondit mulier & di
xit. Non habeo virum. Dicit ei ihc.
Bene dixisti. quia non habeo virum.
Quinq; enim viros habuisti. & nunc
quem habes non est tuus vir. hoc vere
dixisti. Dicit ei mulier. Dñe. vi
deo quia propheta es tu. Patres nostri
in monte hoc adorauerunt. & vos dici
tis. quia in hierosolimis est locus ubi
adorare oportet. Dicit ei ihc. Mul

er. crede mihi. quia uenit hora quando neq; in monte hoc neq; in hierosolimis adorabitis patrem. Vos adoratis quod nescitis. nos adoramus quod scimus. quia salus ex iudeis est. Sed uenit hora & nunc est. quando ueri adoratores adorabunt patrem in spiritu & ueritate. Nam & pater tales quaerit qui adorent eum. Spiritus est deus. & eos qui adorent eu in spiritu & ueritate oportet adorare. Dicit ei mulier. Scio quia messias uenit. qui dicitur xp̃c. Cum ergo uenerit. ille nobis annuntiabit omnia. Dicit ei ihc̃. Ego sum. qui loquor tecum. Et con tinuo uenerunt discipuli eius. & mira bantur quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit. quid quęris aut quid lóqueris cum ea. Reliquit ergo ydriam suam mulier. & abiit in ciuitate & dicit illis hominibus. Venite & uide te hominem. qui dixit mihi omnia quęcunq; feci. Numquid ipse est xp̃c. Exierunt de ciuitate. & uenie bant ad eum. Interea rogabant eum discipuli dicentes. Rabbi manduca. Ille autem

dixit eis. Ego cibum habeo manduca
re. quem uos nescitis. Dicebant ergo
discipuli ad inuicem. Numquid ali
quis attulit ei manducare. Dicit eis
ihc. Meus cibus est. ut faciam uolun
tatem eius qui misit me. ut perficiam
opus eius. Nonne uos dicitis. quod
adhuc quatuor menses sunt & messis
uenit. Ecce dico uobis. leuate oculos
uestros. & uidete regiones quia albae
sunt iam ad messem. Et qui metit mer
cedem accipit. & congregat fructum
in uitam aeternã. ut & qui seminat
simul gaudeat & qui metit. In hoc
enĩ est uerbum uerum. quia alius est
qui seminat. & alius est qui metit.
Ego misi uos metere. quod non labora
stis. Alii laborauerunt. & uos in la
bores eorũ introistis. Ex ciuitate
autẽ illa multi crediderunt in eum
de samaritanorum. propter uerbum
mulieris testimonium perhibentis.
quia dixit mihi omnia quaecumq;
feci. Cum uenissent ergo ad illum
samaritani. rogauerunt eum ut ibi

manciret . Et manſit ibi duos dies . Et
multo plures crediderunt propter ſermo
nem eius . Et mulieri dicebant . quia
iam non propter tuam loquelam credimus.
Ipſi enim audiuimus & ſcimus . quia hic
eſt uere ſaluator mundi .

SABBATO SCŌM IOH̄M

In illo temp̄. Perrexit ihc in montem
oliueti . & diluculo iterum uenit in tem
plum . Et omnis populus uenit ad eum.
& ſedens docebat eos . Adducunt autē
ſcribę & pharisei mulierem in adulterio
deprehenſam . & ſtatuerunt eam inme
dio & dixerunt ei . Magiſter . haec mu
lier modo deprehenſa eſt in adulterio.
In lege autē moyſes mandauit nobis hu
iuſmodi lapidare . Tu ergo quid dicis.
Haec autē dicebant temptantes eum.
ut poſſent accuſare eum . Ihc autē in
clinans ſe deorſum . digito ſcribebat in
terra . Cum autē perſeuerarent inter
rogantes eum . erexit ſe & dixit eis . Qui
ſine peccato eſt uestrum . primus in eam
lapidem mittat . Et iterum ſe inclinans.
ſcribebat in terra . Audientes autem .

unus post unum exiebant. incipientes ase
nioribus. Et remansit solus. & mulier
in medio stans. Erigens aute se ihc. di
xit ei. Mulier. ubi sunt qui te accusa
bant. Nemo te condempnauit. Quae
dixit. Nemo dne. Dixit aute ei ihc.
Nec ego te condemnabo. Uade. & am
plius iam noli peccare. DOM·IIII·
S E Q· SCI· NILLO TEMP. AE V· SCUM IOHM·
Abiit ihc transmare
galileę. quod est tyberiadis. Et sequę
batur eum multitudo magna. quia
uidebant signa quae faciebat super his
qui infirmabantur. Subiit ergo in mon
tem ihc. & ibi sedebat cum discipulis suis.
Erat aute proximu pascha. dies festus
iudeorum. Cum subleuasset ergo ocu
los ihc. & uidisset quia multitudo ma
xima uenit adeum. dicit ad philippum.
Unde ememus panes ut manducent hi.
Hoc aute dicebat temptans eum. ipse
en sciebat quid esset facturus. Respon
dit ei philippus. Ducentorum denario
rum panes non sufficiunt eis. ut unusquisq;
modicum quid accipiat. Dicit ei unus

ex discipulis eius. andreas frater symonis
petri. Est puer unus hic. qui habet
quinq; panes ordeaceos. & duos pisces.
Sed haec quid sunt inter tantos. Dixit
ergo ihc. Facite homines discumbere.
Erat autē foenum multum in loco.
Discubuerunt ergo uiri. numero qua
si quinq; milia. Accepit ergo ihc pa
nes. & cum gras egisset distribuit discū
bentibus. Similiter & ex piscibus quan
tum uolebant. Ut autē impleti sunt.
dixit discipulis suis. Colligite quae
superauerunt fragmenta ne pereant.
Collegerunt ergo & impleuerunt du
odecim cophinos fragmentorum. ex
quinq; panibus hordeaciis quę superfu
erunt his qui manducauerant. Illi ergo
homines cum uidissent quod fecerat sig
num dicebant. Quia hic est uere pro
pheta. qui uenturus est in mundum.

FERIA·II· SCĪ MARCI·

In illo tempō. Prope erat pascha iu
deorum. & ascendit ihc hierosolimam.
Et inuenit in templo uendentes boues
& oues & columbas. & nummularios se

dentes. Et cum fecisset quasi fla
gellum de funiculis. omnes eiecit de
templo. Tues quoq; & boues & num
mulariorũ effudit aes & mensas sub
uertit. & his qui columbas uendebant
dixit. Auferte ista hinc. & nolite
facere domum patris mei domum nego
tiationis. Recordati uero sunt discipu
li eius quia scriptum est. Zelus domus
tuę comedit me. Responderunt ergo
iudei. & dixerunt ei. Quod signum
ostendis nobis quia hęc facis. Respon
dit ihc̃ & dixit eis. Soluite templum
hoc. & in tribus diebus excitabo illud.
Dixerunt ergo iudei. Quadraginta
& sex annis ędificatum est templum
hoc. & tu tribus diebus excitabis illud.
Ille autẽ dicebat de templo corporis sui.
Cum ergo resurrexisset a mortuis. re
cordati sunt discipuli eius. quia hoc di
cebat. & crediderunt scripturę & sermo
ni quem dixit ihc̃. Cum autem esset
hierosolimis in pasca in die festo. multi
crediderunt in nomine eius. uidentes
signa eius quae faciebat. Ipse autẽ ihc̃

nonerredebat semetipsum eis. eo quod
ipse nosset omnes. & quia ei opus non
erat. ut quis testimonium perhiberet
de homine. Ipse enim sciebat. quid esset
in homine. In illo temp. Iam die Scā Iohēm
festo mediante. ascendit ihc in templū
& docebat. Et mirabantur iudei dicen
tes. Quomodo hic litteras sctt. cum non
didicerit. Respondit ihc & dixit.
Mea doctrina non est mea. sed eius qui
misit me. Si quis uoluntatem eius
uoluerit facere. cognoscet de doctrina
utrum ex deo sit. an ego a me ipso lo
quar. Qui a semetipso loquitur: gl̄am
propriam quærit. Qui aut̄ quærit
gloriam eius qui misit illum. hic uerax
est & iniustitia in illo non est. Nonne
moyses dedit uobis legem. & nemo ex
uobis facit legem? Quid me quæritis
interficere? Respondit turba & dixit.
Demonium habes. quis te quærit in
terficere? Respondit ihc. & dixit eis.
Unum opus feci. & omnes miramini.
Propterea moyses dedit uobis circum

Feria tertia.
Scā Iohēm

cisionem . non quia ex moyse est sed ex
patribus . & in sabbato circumcidtis
hominem . Si circūcisionem accepit
homo in sabbato ut non soluatur lex
moysi . mihi indignamini . quia totū
hominem sanum feci in sabbato . Noli
te iudicare sedm faciem . sed iustum
iudicium iudicate . Dicebant autem
quidam ex hierosolimis . Nonne hic est
quem quęrunt interficere . Et ecce pa
lam loquitur . & nihil ei dicunt . Nun
quid uere cognouerunt principes . quia
hic est xp̄s . Sed hunc scimus unde
sit . xp̄s autē cum uenerit . nemo scit
unde sit . Clamabat ergo docens in templo
ihc̄ & dicens . Et me scitis . & unde
sim scitis . & a me ipso non uenio . sed pa
ter meus misit me quem uos non scitis .
Et si dixero quia nescio eum . ero simi
lis uobis mendax . Ego scio eum . quia
ab ipso sum . & ipse me misit . Quae
bant ergo eum apprehendere . & nemo
in illum misit manus . quia nondum
uenerat hora eius . Turba autem
multi crediderunt in eum .

Iferia.iiii. Scd̄m Ioh̄em

In illo temp̄. Preteriens ih̄c uidit ho
minem coecum a natiuitate. & inter
rogauerunt eum discipuli sui. Rab
bi quis peccauit. hic aut parentes eius
ut caecus nasceretur. Respondit ih̄c.
Neq; hic peccauit. neq; parentes eius.
sed ut manifestentur opera dei in illo.
Me oportet operari opera eius qui mi
sit me. donec dies est. Uenit nox.
quando nemo potest operari. Quam
diu in mundo sum. lux sum mundi.
Haec cum dixisset. exspuit in terram.
& fecit lutum ex sputo. & liniuit lutū
super oculos eius. & dixit ei. Uade la
ua in natatoria syloe quod interpreta
tur missus. Abiit ergo & lauit. et ue
nit uidens. Itaq; uicini & qui uide
bant eum prius quia mendicus erat.
dicebant. Nonne hic est qui sedebat
& mendicabat. Alii dicebant quia
hic est. alii autē. nequaquam. sed simi
lis est eius. Ille autē dicebat. quia
ego sum. Dicebant ergo ei. Quomodo
aperti sunt tibi oculi. Respondit.

Ille homo qui dicitur ihc̃ luttum fecit.
& unxit oculos meos. & dixit mihi.
Vade adnatatoriam syloe & laua.
Et abii. & laui. & uidi. Dixerunt
ergo ei. Vbi est ille? Ait. Nescio.
Adducunt eum adpharisaeos. qui cae
cus fuerat. Erat autẽ sabbatum quan
do luttum fecit ihc̃. & aperuit oculos
eius. Iterum ergo interrogabant eum
pharisei. quomodo uidisset. Ille autẽ
dixit eis. Luttum posuit mihi super
oculos. & laui. & uideo. Dicebant
ergo expharisaeis quidam. Non est hic
homo adeo. qui sabbatum non custo
dit. Alii dicebant. Quomodo potest
homo peccator haec signa facere?
Et scisma erat inter eos. Dixerunt ergo
caeco iterum. Tu quid dicis de eo qui
aperuit oculos tuos? Ille autẽ dixit.
Quia propheta est. Non crediderunt
ergo iudei de illo quia caecus fuisset
& uidisset. donec uocauerunt paren
tes eius qui uiderat. & interrogaue
runt eos dicentes. Hic est filius ue
ster quem uos dicitis. quia caecus na

tus est. quomodo ergo nunc uidet?
Responderunt eis parentes eius & dixe
runt. Scimus quia hic est filius no
ster. & quia caecus natus est. quomo
do autē nunc uideat nescimus. aut
quis eius aperuit oculos nos nescimus.
Ipsum interrogate. aetatem habet.
ipse de se loquatur. Haec dixerunt
parentes eius. quia timebant iudeos.
Iam enim conspiraverant iudei. ut
si quis eum confiteretur xpm. extra
synagogam fieret. Propterea pa
rentes eius dixerunt. quia aetatem
habet ipsum interrogate. Vocave
runt ergo rursus hominem qui caecus
fuerat. & dixerunt ei. Da gloriam
deo. Nos scimus quia hic homo pec
cator est. Dixit ergo ille. Si pec
cator est nescio. unum scio. quia cae
cus cum essem modo uideo. Dixerunt
ergo illi. Quid fecit tibi? Quo
modo aperuit tibi oculos? Respon
dit eis. Dixi uobis iam & audistis.
quid iterum uultis audire? Num
quid & uos uultis discipuli eius fieri?

Maledixerunt ei & dixerunt. Tu di
scipulus illius sis. nos autē discipuli
moysi sumus. Nos scimus quia moysi
locutus est deus. hunc autē nescimus
unde sit. Respondit ille homo & dixit
eis. Inhoc enim mirabile est quia uos
nescitis unde sit. & aperuit meos oculos.
Scimus autē quia peccatores deus non
audit. sed si quis dei cultor est & uo
luntatē eius facit. hunc exaudit.
A seculo non est auditum. quia aperu
it quis oculos caeci nati. Nisi esset
hic adeo. non posset facere quicquam.
Responderunt & dixerunt ei. Inpec
catis natus es totus. & tu doces nos.
Et eiecerunt eum foras. Audiuit
ihc quia eiecerunt eum foras. & cum
inuenisset eum dixit ei. Tu credis in
filium dei. Respondit ille & dixit.
Quis est dne ut credam in eū. Et dixit
ei ihc. Et uidisti eum. & qui loqui
tur tecum ipse est. Et ille ait. Cre
do dne. Et procidens. adorauit eum.

FERIA·V· SCŌM LOHĒM

Nillo tēp. Dixit ihc turbis

iudeorum. Pater meus usquémodo
operatur. & ego operor. Propterea
magis quærebant eum iudei interfice
re. quia nonsolum soluebat sabbatum.
sed & patrem suum dicebat deum. equa
lem se faciens deo. Respondit itaq;
ihc & dixit eis. Amen amendico
uobis. nonpotest filius ase facere quic
quam nisi quod uiderit patrem facien
tem. Quæcúq; enī ille fecerit. haec
& filius similiter facit. Pater enim
diligit filium. & omnia demonstra
bit ei opera ut uos miremini. Sicut
enī pater suscitat mortuos & uiuifi
cat. sic & filius quos uult uiuificat.
Neq; enī pater iudicat quemquà. sed
iudicium omne dedit filio. ut omnes
honorificent filium sicut honorificañ
patrem. Qui nonhonorificat filiū.
nonhonorificat patrem qui misit illū.
Amen amendico uobis. quia qui uer
bum meum audit & credit ei qui mi
sit me. habet uitam aeternam. & in
iudicium nonuenit. sed transit amor
te in uitam. Amen amendico uobis.

quia uenit hora & nunc eſt . quando
mortui audient uocem filii dei . & qui
audierint uiuent . Sicut enim pater
habet uitam in ſemetipſo . ſic dedit filio
uitam habere in ſemetipſo . Et poteſta
tem dedit ei iudicium facere . quia fi
lius hominis eſt . Nolite mirari hoc .
quia uenit hora . in qua omnes qui in
monumentis ſunt audient uocem eius
& procedent . Qui bona fecerunt in
reſurrectionē uitę . qui uero mala ege
runt in reſurrectionem iudicii .

FERIA·VI· ⁊ SCŌM LOTIAM·

In illo tempō . Erat quidam lan
guens lazarus abethania . de caſtello
marię & marthę ſororis eius . Maria
autē erat quę unxit dnm unguento .
& extersit pedes eius capillis ſuis . cui
us frater lazarus infirmabatur .
Miserunt ergo ſorores eius ad eum di
centes . Dnē . ecce quem amas infir
matur . Audiens autē ihc dixit eis .
Infirmitas hęc non eſt ad mortem ſed
pro gloria dei . ut glorificetur filius
dei per eam . Diligebat autem ihc

martham & sororem eius mariam. et
lazarum. V t ergo audiuit quia in
firmabatur. tunc quidem mansit in
eodem loco duobus diebus. D einde post
haec dicit discipulis suis. E amus in
iudeam iterum. D icunt ei discipuli.
Rabbi. nunc quaerebant te iudei lapida
re. & iterum uadis illuc? R espondit
ihc. N onne duodecim sunt horae diei.
S i quis ambulauerit in die non offendit.
quia lucem huius mundi uidet. S i au
tem ambulauerit nocte offendit. quia
lux non est in eo. H aec ait. & post
haec dicit eis. L azarus amicus no
ster dormit. sed uado ut a somno ex
citem illum. D ixerunt ergo discí
puli eius. D ne. si dormit saluus erit.
D ixerat autem ihc de morte eius. illi au
tem putauerunt quia de dormitione
somni diceret. T unc dixit eis ihc
manifeste. L azarus mortuus est. &
gaudeo propter uos. ut credatis quia
non eram ibi. sed eamus ad eum. D ixit
ergo thomas qui dicitur didimus ad
condiscipulos. E amus & nos. ut

moriamur cum illo. Uenit itaq; ihc.
& inuenit eum quatuor dies iam immo
numento habentē. Erat autē betha
nia iuxta hierosolimā quasi stadiis
quindecim. Multi autē exiudeis ue
nerant admartham & mariam. ut con
solarentur eas defratre suo. Martha
autē ut audiuit quia ihc uenit. occur
rit illi. Maria autē domi sedebat.
Dixit ergo martha adihm. Dne. si
fuisses hic. frater meus nonfuiss & mor
tuus. Sed & nunc scio. quia quae
cumq; poposceris adeo dabit tibi ds.
Dicit illi ihc. Resurget frater tuus.
Dicit ei martha. Scio quia resurget
inresurrectione. innouissimo die.
Dicit ei ihc. Ego sum resurrectio
& uita. Qui credit inme. & iamsi mor
tuus fuerit uiuet. Et omnis qui ui
uit & credit inme. nonmorietur in
aeternū. Credis hoc. Ait illi. Utiq;
dne. Ego credidi. quia tues xpc fi
lius dei qui inmundum uenisti. Et
haec dixisset. abiit & uocauit mariā
sororem suā silentio dicens. Magi

ster adest & uocat te. Illa ut audi
uit. surrexit cito & uenit adeu. Non
dum eni uenerat ihc in castellum. sed
erat adhuc in illo loco ubi occurrerat ei
martha. Iudei igitur qui erant cum
ea in domo & consolabantur eam. cum
uidissent mariam quia cito surrexit
& exiit. secuti sunt eam dicentes.
Quia uadit ad monumentu ut ploret
ibi. Maria ergo cum uenisset ubi erat
ihc. uidens eum cecidit ad pedes eius
& dixit ei. Dne si fuisses hic. non esset
mortuus frater meus. Ihc ergo ut u
dit eam ploranté & iudeos qui uenerat
cum ea plorantes. infremuit spiritu
& turbauit semetipsum & dixit.
Ubi posuistis eum? Dicunt ei. Dne.
ueni & uide. Et lacrimatus est ihc.
Dixerunt ergo iudei. Ecce quomodo
amabat eum. Quidam autē dixe
runt ex ipsis. Non potuit hic qui ape
ruit oculos cæci facere. ut & hic non
moreretur? Ihc ergo rursum fre
mens in semetipso uenit ad monumen
tum. Erat autē spelunca. & super

lapis positus erat ei. Ait ihc. Tollite
lapidem. Dicit ei martha soror eius
qui mortuus fuerat. Dñe iam fetet.
quatriduanus enim est. Dicit ei ihc.
Nonne dixi tibi. quo si credideris uide
bis gloriam dei. Tulerunt ergo lapi
dem. Ihc autē eleuatis sursum oculis
dixit. Pater. gracias ago tibi quoniā
audisti me. ego autē sciebam quia
semp me audis. sed propter populum
qui circūstat dixi. ut credant quia
tu me misisti. Hec cum dixisset.
uoce magna clamauit. Lazare ue
ni foras. Et statim prodit qui fue
rat mortuus ligatus manus & pedes
institis. & facies eius sudario erat li
gata. Dixit eis ihc. Solute eum.
& sinite abīre. Multi ergo exiudeis
qui uenerant admariam & uiderāt
quę fecit. crediderunt in eum.

SABBATO. Sc̄m Iohānem

In illo temp̄. Dicebat ihc turbis
iudeorum. Ego sum lux mundi.
Qui sequitur me. non ambulat in
tenebris. sed habebit lucem uitae.

Dixerunt ergo ei pharisei . Tu de te ipso testimoniū perhibes . testimonium tuū non est uerum . Respondit ihc et dixit eis . Etsi ego testimoniū perhi beo deme ipso . uerum est testimonium meū . quia scio unde uem . & quo uado . Uos autē nescitis unde uemo . aut quò uado . Uos secm carnem iudica tis . ego nomiudico quemquā . Etsi iudico ego . iudicium meū uerum est . quia solus nonsum . sed ego & qui mi sit me pater . Et in lege uestra scrip tum est . quia duorū hominum testi monium uerum est . Ego sum qui te stimonium phibeo deme ipso . & testi monium perhibet deme qui misit me pater . Dicebant ergo . Ubi est pater tuus . Respondit ihc . Neq; me scitis . neq; patrem meum . Si me sciretis . forsitan & patrem meum sciretis . Hec uerba locutus est ihc in gazophilatio . docens in tem plo . Et nemo apprehendit eum . quia nec dum uenerat hora eius .

DOMI DE PASSIONE DNI .

In illo tempꝰ. Dicebat ihc iudeis turbis iudeorum. & principibus sacerdotum. Quis ex uobis arguet me de peccato? Si ueritatē dico. quare uos non creditis mihi? Qui est ex deo. uerba dei audit. Propterea uos non auditis. quia ex deo non estis. Responderūt igitur iudei. & dixerunt ei. Nonne bene dicimus nos. quia samaritanus es tu. & demonium habes? Respondit ihc. Ego demonium non habeo. sed honorifico patrem meum. & uos inhonoratis me. Ego autē non quęro gloriam meā. est qui querat & iudicet. Amen amen dico uobis. si quis sermonē meū seruauerit. mortem non uidebit in aeternum. Dixerunt ergo iudei. Nunc cognouimus. quia demoniū habes. Abraham mortuus est & prophetę. & tu dicis. si quis sermonem meū seruauerit. non gustabit mortem in aeternum? Numquid tu maior es patre nro abraham. qui mortuus est? & prophetę mortui sunt. Quem te ipsum facis? Respondit ihc. Si ego

glorifico me ipsum . gloria mea nihil
est . Est pater meus qui glorificat me.
quem uos dicitis quia deus noster est . et
non cognouistis eum . ego autē noui eum.
Et si dixero quia nonscio eum . ero si
milis uobis mendax . Sed scio eum .
& sermonem eius seruo . Abraham
pater uester exultauit ut uideret diem
meū . & uidit . & gauisus est. Dixe
runt ergo iudei ad eum . Quinqua
ginta annos nondum habes . & abraha
uidisti . Dixit eis ihc . Amen amen
dico uobis . antē quā abraham fieret.
ego sum . Tulerunt ergo lapides . ut
iacerent in eum . Ihc autē absondit
se . & exiuit de templo . FERIA·II·
SEQ SCI MEV SCDM IOHEM
In illo tmp . Miserunt principes
& pharisei ministros . ut apprehende
rent ihm . Dixit ergo ihc . Adhuc
modicum tempus uobiscum sum . et
uado ad eum qui misit me. Queretis
me & non inuenietis . & ubi sum ego .
uos non potestis uenire . Dixerunt
ergo iudei ad semetipsos . Quo hic

rus est. quia nonnuenemus eum.
Numquid indispersione gentium tu
rus est. & docturus gentes. Quis est
hic sermo quem dixit. quaeretis me et
nonnuenietis. & ubi sum ego. uos non
potestis uenire. In nouissimo autē die
magno festiuitatis. stabat ihc & clama
bat dicens. Siquis sitit. ueniat adme
& bibat. Qui credit inme. sicut dicit
scriptura. flumina de uentre eius fluent
aque uiue. Hoc autē dixit despiri
tu. quem accepturi erant credentes in eū.
Feria iii. Sce Marie ad nives
In illo tēp. Ambulabat ihc inga
lilea. non enim uolebat in iudea ambu
lare. quia quaerebant eum iudei interfi
cere. Erat autē in proximo dies festus
iudeorū scenopegia. Dixerunt au
tem ad eum fratres eius. Transi hinc.
& uade in iudeam. ut & discipuli tui
uideant opera tua quae facis. Nemo
quippe in occulto quid facit. & quaerit
ipse in palam esse. Si haec facis. ma
nifesta te ipsum mundo. Neq; enim
fratres eius credebant in eū. Dicit er

go eis iñc. Tempus meũ nondum ad
uenit. tempus autẽ uestrum semp̃ est
paratum. Nonpotest mundus odisse
uos. me autẽ odit. quia ego testimoni
um perhibeo deillo. quia opera eius
mala sunt. Vos ascendite addiem fe
stum hunc. ego nonascendo addiem fe
stum istum. quia meũ tempus nondum
impletum est. Haec cum dixisset. ipse
mansit ingalilea. Ut autẽ ascenderunt
fratres eius. tunc & ipse ascendit addiẽ
festum nonmanifeste. sed quasi inocculto.
Iudei ergo quęrebant eum indie festo.
& dicebant. Vbi est ille? Et murmur
multus deeo erat inpopulo. Quidam
enĩ dicebant quia bonus est. alii autem
dicebant. non. sed seducit turbas. Ne
mo tamen palam loquebatur deillo.
propter metum iudeorum.

Fer̃. iiii. Fs cd̃a lo ñea.

In illo temp̃. Facta sunt encenia in
hierosolimis. & hiemps erat. Et am
bulabat iñc intemplo. inporticu salo
monis. Circumdederunt ergo eum
iudei. & dicebant ei. Quousq; ani

mam nostram tollis. Situes xpe. dic
nobis palam. Respondit eis ihc. Lo
quor uobis. & non creditis. Spera que
ego facio in nomine patris mei. hec te
stimonium phibent de me. Sed uos
non creditis. quia non estis exouibus me
is. Ouis mee uocem meā audient. et
ego cognosco eas. & sequuntur me. Ego
uitam aeternā do eis. & non peribunt
in aeternū. & non rapiet eas quisquā
de manu mea. Pater meus quod dedit
mihi maius omnibus est. & nemo po
test rapere de manu patris mei. Ego
& pater. unum sumus. Sustulerunt
lapides iudei ut lapidarent eum.
Respondit eis ihc. Multa opera bo
na ostendi uobis ex patre meo. propter
quod eorū opus me lapidatis. Respon
derunt ei iudei. De bono opere non
lapidamus te sed de plasphemia. et
quia tu homo cum sis. facis te ipsum
deum. Respondit eis ihc. Nonne
scriptum est in lege uestra. quia ego
dixi. dii estis. Si illos dixit deos ad
quos sermo dei factus est. & non potest

solui scriptura . quem pater sanctifi
cauit & misit in mundum . uos dicitis
quia plasphemas. Quia dixi filius
dei sum . Si non facio opera patris mei.
nolite credere mihi . Si aut facio . et
si mihi non uultis credere . operibus cre
dite . Ut cognoscatis & credatis. quia
in me est pater . & ego in patre.

FERIA V. SCM IOHANN.

In illo tmp. Cum audissent qui
dam de turba sermones ihu dicebant.
Hic est uere propheta . alii aut dice
bant . hic est xpc . Quidam aut dice
bant . Numquid a galilea xpc uenit.
Nonne scriptura dicit . quia ex semine
dauid . & de bethlehem castello ubi erat
dauid uenit xpc. Dissensio itaq; fa
cta est in turba . propter eum . Quida
aut ex ipsis uolebant apprehendere
eum . sed nemo misit sup illum manus.
Uenerunt ergo ministri ad pontifi
ces & phariseos . & dixerunt . illis.
Quare non adduxistis eu. Respon
derunt ministri . Numqua sic locu
tus est homo . sicut hic homo . Respon

derunt ergo eis pharisei . Numquid
& uos seducti estis. Numquid ali
quis exprincipibus credidit meum.
aut expharisei. Sed turba hec que
non nouit legem.maledicti sunt. Di
cit nichodemus adeos . ille qui uenit
ad ihm̃ nocte . qui unus erat exipsis .
Numquid lex nostra iudicat hominē.
nisi audierit abipso prius. & cognoue
rit quid faciat. Responderunt & di
xerunt ei. Numquid & tu galileus
es. Scrutare scripturas & uide. qua
propheta agalilea nonsurgit. Et re
uersi sunt unusquisq; indomū suam.

FERIA·VI· Sc̃m Io·m·

In illo tẽp̃. Collegerunt pon
tifices & pharisei concilium & dicebant.
Quid faciemus. quia hic homo mul
ta signa facit. Si dimittimus eum
sic. omnes credent in eū. Et uenient
romani . & tollent nostrū & locum et
gentem . Unus aut̃ exipsis caÿphas.
cum esset pontifex anni illius. dixit
eis. Vos nescitis quicquā nec cogi
tatis. quia expedit nobis. ut unus mo

riatur homo pro populo . & non tota
gens pereat . Hoc autē a semetipso
non dixit . sed cū esset pontifex anni
illius prophetauit . quia ihc moritu
rus erat pro gente . & non tantū pro
gente . sed ut filios israel qui erant
dispersi congregaret in unū . A billo
ergo die cogitauerunt ut interficerent eū.
Ihc ergo iam non in palam apud iude
os ambulabat . sed abiit in regionem
iuxta desertum . in ciuitatem quę dici
tur effrem . & ibi morabatur cum disci
pulis suis .

In illo tēp̄. Dixit Sabbato.
ihc discipulis suis. Scūm Iohēm.
Amen amen dico
uobis . nisi manducaueritis carnē filii
hominis & biberitis eius sanguinē . non
habebitis uitam in uobis. Qui man
ducat meam carnem . & bibit meum
sanguinē . habet uitam aeternam . et
ego resuscitabo eum in nouissimo die.
Caro enī mea uere est cibus. & san
guis meus uere est potus. Qui man
ducat meam carnē & bibit meum san
guinem . in me manet & ego in illo .

Sicut misit me uiuens pater & ego
uiuo propter patrem. Et qui man
ducat me. & ipse uiuet propter me.
Hic est panis qui de coelo descendit.
non sicut manducauerunt patres uri
manna. & mortui sunt. Qui man
ducat hunc panem. uiuet in aeternū.
Haec dixit in synagoga. docens in ca
pharnau. Multi ergo audientes ex
discipulis eius dixerunt. Durus est
hic sermo. quis potest eū audire. Sci
ens autē ihc apud semetipsum. quia
murmurarent de hoc discipuli eius di
xit. Hoc uos scandalizat. Si ergo
uideritis filium hominis ascendentem
ubi erat prius. spiritus est qui uiuifi
cat. caro non prodest quicquā. Ver
ba quę ego locutus sum uobis. spiritus
& uita sunt. Sed sunt quidam ex
uobis. qui non credunt. Sciebat enī
ab initio ihc. qui essent non creden
tes. & quis traditurus esset eū. & di
cebat. Propterea dixi uobis. quia
nemo potest uenire ad me. nisi fuerit
ei datum a patre meo. Ex hoc mul

ti discipulorũ eius abierunt retro. etiã
non cum illo ambulabant. ¶ Dixit ergo
ihc ad duodecim. Numquid & uos
uultis abire. ¶ Respondit ergo ei sy
mon petrus. ¶ Onẽ ad quem ibimus.
¶ Uerba uitę æternę habes. & nos
credimus & cognouimus. quia tues
xpc filius dei. ¶ Respondit eis ihc.
¶ Nonne ego uos duodecim elegi.
¶ Et unus ex uobis diabolus est. ¶ Dice
bat enim iudam symonis scariothen.
¶ Hic enim erat traditurus eum. cum
esset unus ex duodecim.

Pass dñi nr̄i ihū xp̄i scd̄m
matt. I. Dix̄ ihs discīs suis.

SCITIS QUIA
POST BIDU
um pascha fiet. & filius
hominis tradetur ut crucifigatur. Tunc congregati sunt principes sacerdotum. & seniores populi in atrium principis sacerdotum qui dicebatur caÿphas. et consilium fecerunt ut ihm̄ dolo tenerent & occiderent. Dicebam aut̄.
Non in die festo. Ne forte tumultus fieret in populo. Cum aut̄ esset
ihc in bethania in domo sÿmonis leprosi. accessit ad eum mulier habens
alabastrum unguenti pretiosi. & effudit super caput ipsius recumbentis.
Uidentes aut̄ discipuli. indignati sunt dicentes. Ut quid perditio
haec? Potuit enī istud uenundari
multo. & dari pauperibus. Sciens aut̄ ihc ait illis. Quid mole

ſti eſtiſ mulieri. ℣ O puſ bonum opera
ta eſt inme. Nam ſemp pauperes ſha
betiſ uobiſcū . me aūt nonſemp habe
bitiſ. Mittens enī haec unguentum
hoc incorpuſ meū . adſepeliendū me
fecit . ℣ mendico uobiſ . ubicūq; pre
dicatum fuerit hoc euangelium in
toto mundo dicetur . &quod haec
fecit inmemoriam eiuſ. Tunc abiit
unuſ dedūodecim qui dicitur iudas
ſcarioth adprincipes ſacerdotum . et
ait illiſ. Quid uultiſ mihi dare . et
ego uobiſ eum tradam. ℣ illi con
ſtituebant ei triginta argenteoſ .
℟ exinde querebat opportunitatem
ut eum traderet . Prima aūt die
azimorum accesserunt adiēm diſci
puli dicentes. Ubi uiſ paremuſ tibi
comedere paſcha. ℣ ihē dixit . Ite
inciuitatē adquendam . & dicite ei .
Magiſter dicit . tempuſ meū prope
eſt . apud te facio paſcha cum diſcipu
liſ meiſ. ℟ fecerunt diſcipuli ſicut
conſtituit illiſ ihē . & paraueruntpaſcha . Uespere aūt facto . diſcum

bebat cum duodecim discipulis suis. et
edentibus illis dixit. Amen dico uobis,
quia unus uestrum me traditurus est.
Et contristati ualde. coeperunt singu
li dicere. Numquid ego sum dne.
Et ille respondens ait. Qui intingit
mecum manu in parapsidem. hic me
tradet. Filius quidem hominis uadit.
sicut scriptum est de illo. Uae autem
homini illi. per quem filius hominis tra
detur. Bonum erat ei. si non fuisset
natus homo ille. Respondens autē
iudas qui tradidit eum dixit. Numquid
quid ego sum rabbi. Ait illi. Tu di
xisti. Ve enim autē eis. accepit
ihc panem. & benedixit ac fregit. de
ditq; discipulis suis & ait. Accipite
& comedite. hoc est corpus meum.
Et accipiens calicem gracias egit. et
dedit eis dicens. Bibite ex hoc oms.
Hic est enī sanguis meus noui testa
menti. qui pro multis effundetur in
remissionē peccatorum. Dico autē
uobis. non bibam amodo de hoc gen
mine uitis. usq; in diem illum. cum

illud bibam uobiscum nouum in reg
no patris mei . ℭ cymno dicto . ex
ierunt in montē oliueti . T unc dicit
illis ihc . O mnes uos scandalum pati
emini in me . in ista nocte . S criptum
est enim . P ercutiam pastorem . et
dispergentur oues gregis . P ostquā
autē resurrexero . precedam uos in ga
lileam . R espondens autē petrus ait
illi . ℭ si omnes scandalizati fuerint
in te . ego numquā scandalizabor .
A it illi ihc . A mendico tibi . quia
in hac nocte antē quam gallus cantet
ter me negabis . A it illi petrus . E tiā
si oportuerit me mori tecum . non
te negabo . S imiliter & oēs discipu
li dixerunt . T unc uenit ihc cum illis
in uillam quę dicitur gethsemani .
& dixit discipulis suis . S edete hic .
donec uadam illuc & orem . ℭ assūp
to petro & duobus filiis zebedei . cepit
contristari & mestus esse . T unc ait
illis . Tristis est anima mea usq; ad
mortem . S ustinete hic . & uigilate
mecum . ℭ progressus pusillum . pro

eidit infaciem suam orans & dicens.
Mi pater. si possibile est. transeat a me
calix iste. Verumtamen non sicut ego
uolo. sed sicut tu. Et uenit ad discipulos. & inuenit eos dormientes. & dicit petro. Symon. non potuistis una
hora uigilare mecum? Vigilate & ora
te. ut non intretis intemptationem.
Spiritus quidem promptus est. caro
autem infirma. Iterum secundo abiit.
& orauit dicens. Pater mi. si non potest
hic calix transire nisi bibam illum. fiat uoluntas tua. Et uenit iterum.
& inuenit eos dormientes. Erant
enim oculi eorum grauati. Et relictis illis
iterum abiit. & orauit tertio eundem
sermonem dicens. Tunc uenit ad discipulos suos. & dicit illis. Dormite
iam & requiescite. Ecce appropinquabit hora. & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite eamus. ecce appropinquabit qui me tradet. Adhuc ipso loquente. ecce unus de duodecim uenit. & cum
eo turba multa cum gladiis & fustibus.

missi aprincipibus sacerdotum & semo
ribus populi . Qui aute tradidit eum .
dedit illis signū dicens . Quemcūq; oscu
latus fuero . ipse est tenete eum . Et con
festim accedens adiham dixit . Ave rab
bi . Et osculatus est eū . O ixtq; illi
ihc . Amice . adquod uenisti . Tunc
accesserunt & manus iniecerunt iniham .
& tenuerunt eum . Et ecce unus exhis
qui erant cum ihū . extendens manum
exemit gladiū suū . & percutiens seruū
principis sacerdotum . amputaut au
riculam eius . Tunc ait illi ihc . Con
uerte gladium tuū inlocum suū . Om
nes enim qui acceperint gladiū . gla
dio peribunt . An putas quia nonpos
sum rogare patrem meū . & exhibebit
mihi modo plus quā duodecim legiones
angelorum . Quomodo ergo implebun
tur scripturę . Quia sic oportet fieri .
In illa hora dixit ihc turbis . Tamquā
ad latronem existis cum gladiis & fusti
bus . comprehendere me . Cottidie
apud uos sedebam docens intemplo .
& nonme tenuistis . Hoc autē totum

factum est. ut implerentur scripturę pro
phetarū. Tunc discipuli omnes relicto
eo fugierunt. Qui tenentes ihm. du
xerunt adcayphan principem sacerdotū.
ubi scribę & seniores conuenerant. Petrus
autē sequebatur eum alonge usq; in atri
um principis sacerdotū. Et ingressus
intro sedebat cum ministris ut uideret
finem. Principes autē sacerdotum & om
ne concilium quęrebant falsum testimo
nium contra ihm ut eum morti traderēt.
Et nonuenerunt cum multi falsi te
stes accessissent. Nouissime autē uene
runt duo falsi testes & dixerunt. hic
dixit. possum destruere templum dei.
& post triduum aedificare illud. Et
surgens princeps sacerdotū ait illi. Nil
hil respondes adea quę isti aduersum
te testificantur. Ihc autē tacebat.
Et princeps sacerdotum ait illi. Adiu
ro te per deum uiuum. ut dicas nobis
si tu es xpc filius dei. Dicit illi ihc. Tu
dixisti. Verūtamen dico uobis. amo
do uidebitis filium hominis sedentem
ad dextris uirtutis. & uenientē innu

bibus cęli. Tunc princeps sacerdotum
scidit uestimenta sua dicens. Blasphe
mauit. quid adhuc egemus testibus.
Ecce nunc audistis blasphemiam. quid
uobis uidetur. Illi respondentes
dixerunt. Reus est mortis. Tunc ex
spuerunt in faciem eius. & colaphis eū
ceciderunt. Alii autē palmas in faciē
eius dederunt dicentes. Prophetiza
nobis xpe. quis est qui te percussit.
Petrus uero sedebat foris in atrio. Et
accessit ad eum una ancilla dicens.
Et tu cū ihu galileo eras. Ille nega
uit coram omnibus dicens. Nescio quid
dicis. Exeunte autē illo ianuā. uidit
eum alia ancilla. & ait his qui erant
ibi. Et hic erat cum ihū nazareno.
Et iterū negauit cum iuramento.
Quia non noui hominem. Et post pu
sillum accesserunt qui stabant. & di
xerunt petro. Vere & tu ex illis es.
nam & loquela tua manifestum te
facit. Tunc cępit detestari & iurare.
quia non nouisset hominē. Et conti
nuo gallus cantauit. Et recordatus

est petrus uerbi ihū quod dixerat. pri
usquam gallus cantet ter me negabis.
& egressus foras fleuit amare. Mane aū
facto. consilium inierunt omnes prin
cipes sacerdotū & seniores populi aduer
sus ihm. ut eum morti traderent. Et
uinctū adduxerunt eum. & tradiderunt
pontio pilato presidi. Tunc uidens iu
das qui eum tradidit quia dampnatus
est. penitentia ductus retulit triginta
argenteos principibus sacerdotum et
senioribus dicens. Peccaui tradens san
guinem iustum. At illi dixerunt.
Quid ad nos. Tu uideris. Et proie
ctis argenteis in templo recessit. & abi
ens laqueo se suspendit. Principes autē
sacerdotū acceptis argenteis dixerunt.
Non licet eos mittere in corbonan. quia
precium sanguinis est. Consilio autē
inito emerunt ex illis agrum figuli in
sepulturam peregrinorū. Propter hoc
uocatus est ager ille acheldemach. hoc
est ager sanguinis usq; in hodiernum
diem. Tunc impletū est. quod dictū
est per prophetā dicentem. Et accepe

rum triginta argenteos. preciũ apreci
ati. quẽ appreciauerunt a filiis israhel.
& dederunt eos in agrum figuli. sicut
constituit mihi dñs. Ihc autẽ stetit an
te presidem. & interrogauit eum pre
ses dicens. Tu es rex iudeorum. Dicit
ei ihc. Tu dicis. Et cum accusaretur
a principibus sacerdotũ & senioribus
nihil respondit. Tunc dicit illi pilatus.
Non audis quanta aduersum te dicũt
testimonia. Et non respondit ei adul
lum uerbum. ita ut miraretur preses
uehementer. Per diem autẽ sollemnem
consueuerat preses dimittere populo
unum uinctum quẽ uoluissent. Habe
bat autẽ tunc uinctum insignem qui
dicebatur barrabas. Congregatis ergo
illis. dixit pilatus. Quem uultis dimit
tam uobis. Barraban. an ihm qui di
citur xpc. Sciebat enim quod per inui
diam tradidissent eum. Sedente autẽ
illo pro tribunali. misit ad illũ uxor
eius dicens. Nichil tibi & iusto illi.
Multa enim passa sum hodie per uisum
propter eum. Principes autẽ sacerdo

tum & seniores persuaserunt populis. ut
peterent barraban. ihm uero perderent.
Respondens autē preses ait illis. Quē
uultis uobis de duobus dimitti. Tilli
dixerunt. Barraban. Dixit illis pi
latus. Quid igitur faciam de ihu. qui
dicitur xpc. Dicunt omnes. Cruci
figatur. Ait illis preses. Quid enim
mali fecit. Atilli magis clamabant di
centes. Crucifigatur. Videns autem
pilatus quia nihil proficeret. sed magis
tumultus fieret. accepta aqua lauit
manus coram populo dicens. Innocens
ego sum a sanguine iusti huius. uos ui
deritis. Et respondens uniuersus po
pulus dixit. Sanguis eius sup nos. et
sup filios nostros. Tunc dimisit illis bar
raban. ihm autē flagellatum tradidit
eis ut crucifigeretur. Tunc milites pre
sidis suscipientes ihm in pretorium. con
gregauerunt ad eū uniuersam cohortē.
& exuentes eum. clamidem coccineam
circumdederunt ei. Et plectentes coro
nam de spinis posuerunt sup caput eius.
& arundinem in dextera eius. & genu

flexo ante eum illudebant dicentes. Aue.
rex iudeorū. Et expuentes in eum. acce
perunt harundinē & percutiebant capit
eius. Et postquā illuserunt ei. exuerunt
eum clamide. & induerunt eum uestimen
tis eius. & duxerunt eū ut crucifigerent.
Et euntes aūt inuenerunt hominem
cyrteum nomine symonem. hunc anga
riauerunt ut tolleret crucem eius. Et
uenerunt in locum qui dicitur golgotha.
quod est caluarię locus. Et dederunt ei
uinum bibere cum felle mixtū. Et cum
gustasset. nolunt bibere. Postquam aūt
crucifixerunt eum. diuiserunt uestimen
ta eius sortem mittentes. & sedentes ser
uabant eum. Et imposuerunt sup caput
eius causam ipsius scriptā. Hic est ihc.
rex iudeorum. Tunc crucifixi sunt cum
eo duo latrones. unus a dextris. & unus
a sinistris. Prętereuntes aūt blasphema
bant eum. mouentes capita sua & dicen
tes. Uah. qui destruit templum dei.
& in triduo illud reedificat. Salua te
metipsum. si filius dei es. descende de cru
ce. Similiter & principes sacerdotum

illudentes cum scribis & senioribus dicebant.
Alios saluos fecit. se ipsum non potest saluū
facere. Si rex israhel est. descendat nunc
de cruce & credimus ei. Confidit in deo.
liberet eum nunc si uult. Dixit enim.
quia filius dei sum. Ad ipsum autē & latro
nes qui crucifixi erant cum eo impropera
bant ei. A sexta autē hora tenebrę factę
sunt sup̄ uniuersam terrā usq; ad horam.
nonam. Et circa horam nonā clamauit
iūc uoce magna dicens. Heli. heli. lama
sabactani. Hoc est. Deus meus. deus mīs.
ut quid dereliquisti me. Quidam autē
illic stantes & audientes dicebant. Heliā
uocat iste. Et continuo currens unus
ex eis. acceptā spongiam impleuit acęto.
& imposuit harundini. & dabat ei bibere.
Cęteri uero dicebant. Sine uideamus
an ueniat helyas liberans eū. Iūc autē
iterum clamans uoce magna emisit spm̄.
Et ecce uelum templi scissum est in duas
partes. a sūmo usq; deorsum. Et terra mo
ta est. & petrę scissę sunt. & monumenta
aperta sunt. & multa corpora sanctorū
qui dormierant surrexerunt. & exeun

tes demonumentis post resurrectionē eius.
uenerunt insanctā ciuitatem. &apparu
erunt multis. Centurio autē &qui cū
eo erant custodientes ihm. uisoterre mo
tu &his que fiebant timuerunt ualde
dicentes. Uere. dei filius erat iste. Erāt
autē ibi mulieres multe alonge. que secu
te erant ihm agalilea ministrantes ei. in
terquas erat maria magdalena. &maria
iacobi &ioseph mater &mater filiorū
Zebedei. Cum autē sero factum esset.
uenit quidam homo diues abarimathia
nomine ioseph. qui &ipse discipulus erat
ihū. Hic accessit adpilatū. &petiit cor
pus ihū. Tunc pilatus iussit reddi cor
pus. Et accepto corpore ioseph. inuoluit
illud sindone munda. &posuit illud in
monumento suo nouo quod excideratin
petra. &aduoluit saxum magnū adosti
um monumenti &abiit. Erat autē ibi
maria magdalena &altera maria seden
tes contra sepulchrū. Altera autē die
que est post parasceuen. conuenerunt
principes sacerdotū &pharisei adpilatū.
dicentes. Dne. recordati sumus quia

seductor ille dixit adhuc uiuens. post
tres dies resurgā. Iube ergo custodiri se
pulchrum usq; in diem terciū. ne forte ue
niant discipuli eius & furentur eū. & di
cant plebi. surrexit a mortuis. & erit no
uissimus error peior priore. Ait illis pi
latus. Habetis custodiam. ite custodite
sicut scitis. Illi autē abeuntes munierunt
sepulchrū. signantes lapidem cū custodibus.

FERIA·II· SCŪM IOHANN̄·

An illo temp̄. Ante sex dies paschę.
uenit ihc̄ bethaniam ubi lazarus fuerat
mortuus quem suscitauit ihc̄. Fecerunt
autē ei cęnam ibi. & martha ministrabat.
Lazarus uero unus erat ex discumbenti
bus cum eo. Maria ergo accepit libram
unguenti nardi pistici preciosi. & un
xit pedes ihū. & extersit capillis suis pe
des eius. Et domus impleta est ex odo
re unguenti. Dicit ergo unus ex disci
pulis eius iudas scariothes. qui erat eum
traditurus. Quare hoc unguentum
non uenit trecentis denariis. & datum
est egenis. Dixit autē hoc. non quia
de egenis pertinebat ad eū. sed quia fur

erat . & loculos habens ea que mittebant
tur portabat . Dixit ergo ihc . Sine illã.
ut in diem sepulture mee seruet illud .
Pauperes enim semp habetis uobiscum . me
aute non semp habetis . Cognouit ergo tur
ba multa ex iudeis quia illic est . & uenerũ
non propter ihm tantũ . sed ut lazarum
uiderent quẽ suscitauit a mortuis . Cogi
tauerunt aute principes sacerdotũ ut et
lazarum interficerent . quia multi prop
ter illum abibant ex iudeis & credebant in
ihm . In crastinũ aute turba multa que ue
nerat ad diem festũ . cum audissent quia
ihc uenit hierosolimã acceperunt ramos
palmarũ . & processerunt obuiam ei & cla
mabant . O sanna . benedictus qui uenit
in nomine dñi . rex israhel . Et inuenit
ihc asellum . & sedit super eum sicut scrip
tum est . Noli timere filia syon . ecce rex
tuus uenit . & sedens sup pullum asine .
Hec non cognouerunt discipuli eius pri
mum . sed quando glorificatus est ihc .
tunc recordati sunt . quia hec erant scrip
ta de eo . & hec fecerunt ei . Testimonium
ergo perhibebat turba que erat cum eo

quando lazarum uocauit demonumento.
& ſuſcitauit eum amortuis. Propterea et
obuiam uenit ei turba. quia audierunt
eũ feciſſe hoc ſignum. Phariſei uero dixe
runt adſemetipſos. Uidetis quia nihil
proficimus? Ecce mundus totus poſt eũ
abiit. Erant autẽ gentiles quidam ex
his qui aſcenderant ut adorarent in die fe
ſto. Hi ergo acceſſerunt adphilippũ qui
erat abethſaida galileę. & rogabant eum
dicentes. Dne. uolumus ihm uidere.
Uenit philippus & dicit andreę. Andr
as rurſũ & philippus dixerunt ihũ. Ihc
autẽ reſpondit eis dicens. Venit hora ut
clarificetur filius hominis. Amen amen
dico uobis. niſi granũ frumenti cadens
in terrã mortuũ fuerit. ipſum ſolũ ma
net. Si autẽ mortuum fuerit. multũ
fructũ affert. Qui amat animã ſuam.
perdet eam. Et qui odit animã ſuã in
hoc mundo. in uitam æternã cuſtodit eã.
Si quis mihi miniſtrat. me ſequatur.
Et ubi ſum ego. illic & miniſter meus
erit. Si quis mihi miniſtrauerit. hono
rificabit eum pater meus. Tunc anima

mea turbata est. & quid dicam. Pater
saluifica me ex hac hora. Sed propterea
ueni in hanc horam. pater clarifica no
men tuũ. Uenit ergo uox de cęlo. &
clarificaui. & iterũ clarificabo. Turba
ergo quę stabat & audierat, dicebant
tonitruũ factum esse. Alii autẽ dicebaṫ.
angelus ei locutus est. Respondit ihc
& dixit. Non propter me uox haec ue
nit sed propter uos. Nunc iudiciũ est
mundi. nunc princeps huius mundi ei
cietur foras. Et ego si exaltatus fuero
a terra. omnia traham ad me ipsũ. Hoc
autẽ dicebat. significans qua morte esset
moriturus. Respondit ei turba. Nos
audiuimus ex lege. quia xp̃c manet in
æternũ. & quomodo tu dicis. oportet ex
altari filium hominis. Quis est iste fili
us hominis. Dixit ergo eis ihc. Adhuc
modicũ lumen in uobis est. ambulate dũ
lucem habetis. ut non tenebrę uos cõpre
hendant. Et qui ambulat in tenebris.
nescit quo uadat. Dum lucem habetis
credite in lucẽ. ut filii lucis sitis. Haec
locutus est & abiit. & abscondit se abeis.

Cum autē tanta signa fecisset coram eis.
nonc̄redebāt meū. ut sermo esaię prophe
tę impleretur quē dixit. Dnē quis credi
dit auditui nostro. & brachiū dñi cui re
uelatum est? Propterea nonpoterant
credere. quia rursū dixit esaias. Excę
cauit oculos eorū & indurauit cor eorū.
ut nonuideant oculis & corde nonintel
legant. & conuertantur & sanem eos.
Hęc dixit esaias. quando uidit gl̄am
eius. & locutus est de eo. Verūtamen
& ex principib; multi crediderunt inē.
sed propter pharisęos non cōfitebantur.
ut desynagoga nonejcerent. Dilexerūt
enim gloriā hominū magis quā gl̄am dei.

FERIA·III· PASSIO DNĪ NR̄I IHV XPI· SCM MARCVM.

In illo tēp̄. Erat pascha & azima
post biduum. & quęrebant summi sacer
dotes & scribę. quomodo ih̄m dolo tene
rent & occiderent. Dicebant autē. Non
in die festo. Ne forte tumultus fieret po
puli. Et cum esset bethanię in domo sy
monis leprosi & recumberet. uenit mu
lier habens alabastrum unguenti nardi

spicati preciosi. & fracto alabastro effu
dit sup capit eius. Erant autē quidam
indigne ferentes intra semetipsos & di
centes. Ut quid perditio ista unguenti
facta est. Poterat enī unguentū istud
uenundari plus quā trecentis denariis.
& dari pauperibus. Et fremebant in eā.
Ihc autē dixit. Sinite illam. Quid illi
molesti estis. Bonum opus operata est
in me. Semper enī pauperes habetis uo
biscum. & cum uolueritis potestis illis
benefacere. me autē nonsemp habetis.
Quod habuit hec fecit. preuēnit un
guere corpus meū insepulturā. Amen
dico uobis. ubicūq; predicatū fuerit
euangelium istud inuniuerso mundo.
& quod hęc fecit narrabitur in memo
riam eius. Et iudas scariothes unus
de duodecim abiit ad sūmos sacerdotes.
ut proderet eū illis. Qui audientes ga
uisi sunt. & promiserunt ei pecuniam
se daturos. Et quærebat quomodo illū
oportune traderet. Et primo die azi
morum quando pascha immolabant.
dicunt ei discipuli. Quo uis eamus et

parmus tibi ut manducꝫ pascha. ℭ Et dixit
tit duos exdiscipulis suis. & dixit eis. Ite in
ciuitatē. & occurret uobis homo lagenā
aquę baiolans. sequimini eum. & quocūq;
introierit dicite dño domus. quia magi
ster dicit. Ubi est refectio mea. Vbi pascha
cum discipulis meis manducem. ℭ Ipse
uobis demonstrabit ęnaculum grande stra
tum. & illic parate nobis. ℭ Et abierunt
discipuli eius & uenerunt in ciuitatē. & in
uenerunt sicut dixerat illis. & parauerūt
pascha. Uespere autē facto uenit cū duo
decim. & discumbentibus eis & manducan
tibus ait illis. Amen dico uobis. quia
unus ex uobis me tradet. qui manducat
mecum. ℭ Et illi ęperunt contristari & di
cere ei singillatim. Nunquid ego. ℭ Qui
ait illis. Unus ex duodecim. qui intingun
mecū in catino. ℭ Et filius quidē hominis
uadit sicut scriptum est de eo. uae autem
homini illi per quem filius hominis trade
tur. Bonum erat ei si non esset natus ho
mo ille. ℭ Et manducantibus illis. accepit
ihc panē. & benedicens fregit & dedit eis.
& ait. Sumite. hoc est corpus meū. ℭ Et ac

cepto calice . gr̃as agens dedit eis. Et bibe
runt ex illo om̃s. Et ait illis. Hic est san
guis meus noui testamenti . qui pro multis
effundetur. Amen dico uobis. quod iam
non bibam de genimine uitis. usq; in diem
illum . cũ illud bibam nouũ in regno dei .
Et ymno dicto . exierunt in mont̃ oliua
rum . Et ait eis ihc . Omnes scandalizabi
mini in ista nocte . quia scriptũ est. Percu
tiam pastor̃ . & dispergentur oues. Sed
postea quã resurrexero . precedam uos in
galileam . Petrus aut̃ ait ei . Etsi omnes
scandalizati fuerint, sed non ego . Et ait
illi ihc . Amen dico tibi . quia tu hodie in
nocte hac priusquã bis gallus uoc̃ dederit.
ter me es negaturus. Et ille amplius lo
quebatur . Etsi oportuerit me simul cõm
mori tibi . non te negabo . Similiter aut̃
& om̃s dicebant . Et uenium in predium
cui nomen gethsemani . & ait discipulis
suis . Sedete hic donec orem . Et assump
sit petrũ & iacobum & iohannem secum .
& cepit pauere & tedere . Et ait illis .
Tristis est anima mea usq; ad mortem .
Sustinete hic & uigilate . Et cum proces

sissent paulolum . procidit sup terram
& orabat . utsi fieri posset transiret abeo
hora . & dixit . Abba pater . omnia possi
bilia tibi sunt . transfer calicē hunc ame.
Sed non quod ego uolo . sed quod tu . Et
uenit . & inuenit eos dormientes . & ait
petro . Symon dormis . Non potuisti
una hora uigilare . Vigilate & orate . ut
non intretis intēptationē . Spiritus qui
dem promptus est . caro uero infirma .
Et iterū abiens oraut eundem sermonē
dicens . Et reuersus denuo . inuenit eos
dormientes . Erant autē oculi eorū gra
uati . & ignorabant quid responderent .
illi . Et uenit tertio & ait illis . Dormi
te iam & requiescite . Sufficit . uenit
hora . ecce tradetur filius hominis inma
nus peccatorū . Surgite eamus . ecce
qui me tradet prope est . Et adhuc eo
loquente . uenit iudas scarioth unus de
duodecim . & cū illo turba multa cum
gladiis & lignis . a summis sacerdotibus
& a scribis & a senioribus . Dederat autē
traditor eius signū eis dicens . Quēcumq;
osculatus fuero . ipse est tenete eū & cau

te ducit. Et cum uenisset. statim ac
cedens ad eū ait. R abbi. Et osculatus
est eum. A illi manus iecerunt in eum.
& tenuerunt eū. V nus autē quidam de
circūstantibus educens gladiū percussit
seruum sūmi sacerdotis. & amputauit
illi auriculam. E t respondens ihc ait illis.
T anquā ad latronē existis cū gladiis et
lignis. comprehendere me. C otidie eiā
apud uos in templo docens. & non me te
nuistis. S ed ut adimpleantur scripturę.
T unc discipuli eius relinquentes eum
omnes fugerunt. ¶ A dolescens autē qui
dam sequebatur eū amictus sindone sup
nudo. & tenuerunt eū. A t ille relicta
sindone. nudus profugit abeis. Et ad
duxerunt ihm ad sūmum sacerdotē. et
conuenerunt omnes sacerdotes & scribę
& seniores. P etrus autē alonge secutus est
eum usq; intro in atriū summi sacerdotis.
E t sedebat cū ministris. & calefaciebat se ad
ignem. S ummi uero sacerdotes. & omne
concilium quęrebant aduersus ihm testi
monium ut eū morti traderent. nec inue
niebant. M ulti enī testimonium falsum

dicebant aduersus eū. & conuenientia
testimonia noneraint. Et quidam surgen
tes. falsū testimoniū ferebant aduersus
eū dicentes. Quoniā nos audiuimus eū
dicentem. ego dissoluam templum hoc
manufactū. & per triduū aliud nonma
nufactū ędificabo. Et nonerat cōueniens testimo
nium illorū. Et exsurgens summus sacerdos
in medium. interrogauit ihm dicens.
Non respondes quicquā ad ea. quę tibi obi
ciuntur abhis. Ille autē tacebat. & nihil
respondit. Rursum summus sacerdos in
terrogabat eū & dixit ei. Tues xpc filius
benedicti. Ihc autē dixit illi. Ego sum.
Et uidebitis filiū hominis ad extris seden
tem uirtutis. & uenientē in nubibus cęli.
Summus autē sacerdos scindens uestimen
ta sua ait. Quid adhuc desideramus te
stes. Audistis blasphemiā. quid uobis
uidetur. Qui oēs condemnauerunt eū
esse reum mortis. Et cęperunt quidam
conspuere eum & uelare faciem eius. & co
laphis eum cedere. & dicere ei. Prophetiza.
Et ministri alapis eum cedebant. Et cum
esset petrus in atrio deorsū. uenit una ex

ancillis summi sacerdotis. & cũ uidisset petrum calefacientẽ se aspiciens illum ait. Et tu cum ihũ nazareno eras. At ille negauit dicens. Neq; scio. neq; noui quid dicas. Et exiit foras atrium. & gallus cantauit. Rursus autẽ cũ uidisset illũ ancilla. cepit dicere circũstantibus. Quia hic ex illis est. At ille rursũ negauit. Et post pusillum rursus qui astabant dicebant petro. Vere ex illis es. nam & galileus es. Ille autẽ cepit anathematizare & iurare. Quia nescio hominem istum quem dicitis. Et statim rursũ gallus cantauit. Et recordatus est petrus uerbi quod dixerat ei ihc. priusquã gallus cantet bis ter me negabis. & cepit flere. Et confestim mane consilium facientes summi sacerdotes cũ senioribus & scribis & uniuerso concilio. uinctum ihm. duxerunt & tradiderunt pilato. Et interrogauit eum pilatus. Tu es rex iudeorum. At ille respondens ait illi. Tu dicis. Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. Pilatus autẽ rursum interrogauit eum dicens. Non respondes

quicquam. Vides inquantis te accusant.
Ihc aute amplius nihil respondit. ita ut
miraretur pilatus. Per diem aute festum
dimittere solebat illis unu exuunctis que
cumq; petissent. Erat aute qui dicebatur
barrabas qui cum sedtiosis erat uinctus.
qui insedtione fecerat homicidiu. Et cu
ascendisset turba. cepit rogare sicut semp
faciebat illis. Pilatus aute respondit eis
& dixit. Vultis dimittam uobis regem
iudeoru. Sciebat en quod per inuidia
tradidissent eum summi sacerdotes. Pon
tifices aute concitauerunt turbam. ut
magis barrabam dimitteret eis. Pilatus
aute iterum respondens ait illis. Quid
ergo uultis faciam regi iudeoru. Illi
terum clamauerunt. Crucifige eum.
Pilatus uero dicebat eis. Quid en mali
fecit. Illi magis clamabant. Cru
cifige eu. Pilatus aute uolens populo
satisfacere. dimisit illis barrabam. et tra
didit ihm flagellis cesum ut crucifigere
tur. Milites aute duxerunt eum intro
in atrium pretorii. & conuocabant tota
cohortem. & induunt eum purpura. et

ei plectentes spineam coronam . & cęperunt
salutare eũ . Aue rex iudeorũ . Et per
cutiebant caput eius arundine . & conspu
ebant eum . & ponentes genua adorabant
eum . Et postquã illuserunt ei exuerunt
illum purpura . & induerunt illum uesti
mentis suis . & educunt illum ut crucifige
rent eũ . Et angariauerunt pretereuntẽ
quempiam symonem cyrineũ uenientem
de villa . patrem alexandri & rufi . ut
tolleret crucem eius . Et perducunt illũ
in golgotha locum quod est interpretatũ
caluarię locus . & dabant ei bibere myr
rhatum uinũ . & non accepit . Et cruci
gentes eũ . diuiserunt uestimenta eius
mittentes sortem sup eis . quis quid tolle
ret . Erat autẽ hora tercia . & crucifixe
runt eum . Et erat titulus cause eius in
scriptus . rex iudeorũ . Et cum eo cruci
figunt duos latrones . unum a dextris et
alium a sinistris eius . Et adimpleta est
scriptura quę dicit . Et cum impius reputa
tus est . Et pretereuntes blasphemabant
eum . mouentes capita sua & dicentes .
Vua . qui destruit templum . & in tribus

diebus ẽdificat. Saluum fac tẽmetipsũ.
descende decruce. Similiter & summi sa
cerdotes illudentes adalterutrũ cũscribis
dicebant. Alios saluos fecit. seipsũ non
potest saluo facere. Xpẽ rex israhel de
scendat nunc decruce. ut uideamus & cre
damus. Et qui cum eo crucifixi erant con
uiciabantur ei. Et facta hora sexta. te
nebrę factę sunt per totã terram usq; ad
horam nonam. Et hora nona exclamauit
ihc uoce magna dicens. Heloy. heloy.
lemasabactani. Quod est interpretatũ.
Ds̃ ms̃. ds̃ ms̃. ut quid dereliquisti me.
Et quidam decirtãstantibus audientes
dicebant. Ecce helyam uocat. Curens
autẽ unus & implens spongiam aceto.
circumponensq; calamo potum dabat ei
dicens. Sinite. uideamus siueniat helyas
addeponendũ eum. Ihc autẽ emissa uoce
magna exspirauit. Et uelum templi scissũ
est induo. asursum usq; deorsũ. Videns
autẽ centurio qui exaduerso stabat quia
sic clamans exspirasset. ait. Vere hic ho
mo filius dei erat. Erant autẽ & mulieres
delonge aspicientes. interquas erat maria

magdalene. & maria iacobi minoris. et
ioseph mater. & salome. Et cum esset in
galilea sequebantur eum. & ministrabant
ei. & alie multe que simul cum eo ascen
derant hierosolimam.

Et cum iam sero factum esset. quia erat
parasceue quod est ante sabbatū. venit
ioseph abarimathia nobilis decurio. qui
& ipse erat expectans regnum dei. Et au
dacter introivit ad pilatum. & petiit cor
pus ihū. Pilatus autē mirabatur si iam
obisset. Et accersito centurione interro
gauit eum si iam obisset. Et cum cogno
uisset a centurione. donauit corpus ioseph.
Ioseph autē mercatus sindonem. & de
ponens eum involuit sindone. & posuit
eū in monumento. quod erat excisum de
petra. Et advolvit lapidem ad ostium fer. iiii.
monumenti. PASSIO VNI NKI
IHV XPI. SCM LVCAM.
In illo tēp. Appropinquabat dies
festus azimorū qui dicitur pascha. et
querebant principes sacerdotū & scribe,
quomodo eum interficerent. timebant
vero plebem. Intravit autē satanas in

iudam qui cognominabatur scarioth.
unum de duodecim. Et abiit. & locutus
est cum principibus sacerdotũ & magistra
tibus. quẽ admodum illum traderet eis.
Et gauisi sunt. & pacti sunt pecuniã illi
dare. Et tspopondit. Et quiẽrebat oppor
tunitatẽ. ut traderet illum sine turbis.
Venit autẽ dies azimorũ in qua necesse
erat occidi pascha. & misit petrũ & iohan
nem dicens. Euntes parate nobis pascha
ut manducemus. Illi dixerunt. Ubi
uis paremus? Et tdixit adeos. Ecce in
troeuntibus uobis inciuitatẽ. occurret
uobis homo amphoram aquę portans.
sequimini eum in domũ in quam intrat.
& dicetis patrifamilias domus. Dicit
tibi magister. Ubi est diuersoriũ. ubi
pascha cum discipulis meis manducem?
Et tipse uobis ostendet cenaculum magnũ
stratum. & ibi parate. Et euntes autẽ in
uenerunt sicut dixit illis. & parauerunt
pascha. Et tcum facta esset hora discubuit.
& duodecim apostoli cum eo. Et ait illis.
Desiderio desideraui hoc pascha man
ducare uobiscum. ante quam patiar.

Dico enī uobis. quia exhoc nonmandu
cabo illud. donec impleatur inregno dei.
Etaccepto calice gratias egit & dixit.
Accipite & diuidite inuos. Dico enī uobis
quod nonbibam degenimine uitis. donec
regnum dei ueniat. Etaccepto pane gras
egit & fregit. & dedit eis dicens. Hoc est
corpus meum quod prouobis datur. hoc
facite inmeā commemorationē. Similiter
& calicem postquā cenauit dicens. Hic
est meus calix nouum testamentū insan
guine meo. qui prouobis fundetur. Ve
rumtamen ecce manus tradentis me. me
cum est inmensa. Etquidem filius homi
nis secundū quod definitum est uadit.
uerūtamen uē homini illi perquem tra
detur. Etipsi cęperunt quęrere interse.
quis esset exeis qui hoc facturus esset.
Facta est autē & contentio intereos. quis
eorū uideretur esse maior. Dixit autē
eis. Reges gentium dominantur eorū.
& qui potestatē habent sup eos benefici
uocantur. Vos autē nonsic. Sed qui
maior est inuobis. fiat sicut iunior. Et
qui precessor est sicut ministrator. Nam

quis maior est. qui recumbit an qui mi
nistrat: Nonne qui recumbit: Ego aũ
in medio uestrum sum. sicut qui ministrat.
Vos autẽ estis. qui permansistis mecum
in tẽptationibus meis. Et ego dispono
uobis sicut disposuit mihi pater meus
regnũ. ut edatis & bibatis sup mensam
meã in regno meo. & sedeatis super thro
nos iudicantes duodecim tribus israhel.
Ait autẽ dñs. Symon. sỹmon. ecce sata
nas expetiuit uos. ut cribraret sicut trti
cum. Ego autẽ rogaui pro te ut non defi
ciat fides tua. & tu aliquando conuersus
confirma fratres tuos. Qui dixit ei. Do mẽ.
tecum paratus sum & in carcerẽ & in mor
tem ire. Ait ille dixit. Dico tibi petre.
non cantabit hodie gallus. donec ter ab
neges nosse me. Et dixit eis. Quando
misi uos sine sacculo & pera & calciamen
tis. numquid aliquid defuit uobis? Qui
Ait illi dixerunt. Nihil. Dixit ergo eis.
Sed nunc qui habet sacculũ tollat simi
liter & peram. Et qui non habet. uen
dat tunicã suã & emat gladiũ. Dico
enim uobis. quoniã adhuc hoc quod scrip

tum est oportet impleri inme. & quod
cum iniquis deputatus est. Etenim ea que
sunt deme finem habent. Illi dixerunt.
Onē. ecce gladii duo hic. Atille dixit eis.
Satis est. Etegressus ibat secm consuetu
dinem inmontem oliuarū. Secuti sunt
autē illum & discipuli. Etcumperuenisse
adlocum dixit illis. Orate neintretis in
temptationē. Etipse auulsus est abeis quan
tum iactus est lapidis. & positis genibus
orabat dicens. Pater siuis. transfer calicē
istum ame. Verumtamen non mea uolun
tas sed tua fiat. Apparuit autē illi an
gelus decelo confortans eum. Etfactus
inagonia prolixius orabat. Etfactus est
sudor eius sicut gutte sanguinis decurren
tis interram. Etcumsurrexisset aboratio
one & uenisset addiscipulos suos. inuenit
eos dormientes pretristicia. & ait illis.
Quid dormitis? Surgite orate. neintre
tis intemptationē. Adhuc eoloquente.
ecce turba & qui uocabatur iudas unus
deduodecim antecedebat eos. Etappro
pinquauit ihū ut oscularetur eum. Ihc
autē dixit ei. Iuda. osculo filiū hominis

tradis. Videntes autē hi qui circa ipsū
erant quod futurum erat. dixerunt ei.
Onē. si percutimus ingladio. Et percus
sit unus exillis seruum principis sacerdo
tum. & ampputauit auriculam eius dexterā.
Respondens autē ihc ait. Sinite usq;
huc. Et tcūttigissē auriculam eius. sa
nauit eū. Dixit autē ihc adeos qui ue
nerant adse principes sacerdotū & magi
stratus templi & seniores. Quasi adlatro
nem existis cumgladiis & fustibus. cum
cottidie uobiscum fuerim intemplo. non
extendistis manus inme. Sed hec est
hora uestra. & potestas tenebrarū. Com
prehendentes autē eum. duxerunt ad
domū principis sacerdotum. Petrus ue
ro sequebatur alonge. Accenso autē ign
immedio atrio. & circūsedentibus illis
erat petrus immedio eorū. Quem cum
uidisset ancilla quędam sedentē adlu
men. & eum fuisset intuita dixit. Et
hic cum illo erat. Atille negauit eum
dicens. Mulier. non noui illum. Et post
pusillum alius uidens eum dixit. Et tu
deillis es. Petrus uero ait. O homo non

ſum . Et interuallo facto quaſi horę uni
uſ . aliuſ quidam affirmabat dicenſ .
Uere . & hic cum illo erat . nam & gali
leus eſt . Et ait petruſ . Homo . neſcio
quid diciſ . Et continuo adhuc illo loquen
te . cantauit gallus . Et conuerſus dns
reſpexit petrum . Et recordatuſ eſt pe
truſ uerbi dñi ſicut dixerat . quia pri
uſquā gallus cantet ter me negabiſ . Et
egreſſuſ foraſ petruſ fleuit amare . Et tui
ri qui tenebant illum illudebant ei ceden
teſ . Et uelauerunt eum . & percutiebaꝫ
faciem eiuſ . & interrogabant eum di
centeſ . Prophetiza . quiſ eſt qui te per
cuſſit . Et alia multa blaſphemantes
dicebant ineū . Et ut factuſ eſt dieſ . con
ueneruntſ ſeniores plebiſ & principes ſa
cerdotū & ſcribę . & duxerunt illum in
concilium ſuū dicenteſ . Si tu es xp̄c dic
nobiſ . Et ait illiſ . Si uobiſ dixero . non
creditiſ mihi . Si autē & interrogauero .
non reſpondebitiſ mihi neq; dimittetiſ .
Ex hoc autē erit filiuſ hominiſ ſedens
a dextriſ uirtutiſ eiuſ . Dixerunt autē
omneſ . Tu ergo es filiuſ dei . Qui ait .

Uos dicitis. quia ego sum. Et illi dixerunt.
Quid adhuc desideramus testimonium?
Ipsi enī audiuimus exore eius. Et surgens
omnis multitudo eorū duxerunt illum ad
pilatum. Ceperunt autē illum accusare
dicentes. Hunc inuenimus subuertentem
gentem nostrā. & prohibentem tributa da
ri cesari. & dicentē se xpm regem esse.
Pilatus autē interrogauit eum dicens.
Tues rex iudeorum? Et ille respondens
ait. Tu dicis. Ait autē pilatus ad prin
cipes sacerdotū & ad turbas. Nihil inue
nio causę in hoc homine. At illi inualesce
bant dicentes. Commouet populū docens
per uniuersam iudeam. & incipiens aga
lilea usq; huc. Pilatus autē audiens gali
leam. interrogauit si homo galileus esset.
Et ut cognouit quod de herodis potestate
esset. remisit eum ad herodem. Qui &
ipse hierosolimis erat illis diebus. Herodes
autē uiso ihū. gauisus est ualde. Erat
enī cupiens ex multo tempore uidere eum.
eō quod audiret multa de illo. & sperabat
signum aliquod uidere abeo fieri. Inter
rogauit autē illum multis sermonibus.

Et ipse nihil illi respondebat. Stabant
etiam principes sacerdotum & scribę con
stanter accusantes eū. Spretum autē illum
herodes cum exercitu suo. & illusit indu
tum veste alba & remisit adpilatū. Et fa
cti sunt amici herodes & pilatus in ipsa die.
nam antea inimici erant adinuicē. Pila
tus autē conuocatis principibus sacerdotū
& magistratibus & plebe. dixit adillos.
Obtulistis mihi hunc hominem quasi aver
tentē populum. & ecce ego coram vobis inter
rogans nullam causā inuenī in homine isto.
ex his in quibus eum accusatis. sed neq; hero
des. Nam remisi vos adillum. & ecce nihil
dignū morte actum est ei. Emendatū ergo
illum dimittam. Necesse autē habebat di
mittere eis per diem festū unum. Excla
mauit autē simul universa turba dicens.
Tolle hunc. & dimitte nobis barraban.
Qui erat propter seditionē quandam
factā in ciuitate & homicidiū missus in
carcerem. Iterum autē pilatus locutus
est adillos. volens dimittere ihm. At illi
succlamabant dicentes. Crucifige. cru
cifige eum. Ille autē tercio dixit adillos.

Quid enim mali fecit iste. Nullam cau
sam mortis inuenio in eo. Corripiã ergo
illum & dimittam? At illi instabant uocibꝰ
magnis. postulantes ut crucifigeretur. Et
inualescebant uoces eorũ. Et pilatus adiu
dicauit fieri petitionem eorũ. Dimisit
autẽ illis eum qui propter homicidium et
seditionẽ missus in carcerem fuerat quem
petebant. Ihm uero tradidit uoluntati
eorũ. Et cum duceĝnt eum. apprehende
runt symonem quendam cyrenensem ue
nientem de uilla. & imposuerunt illi cru
cem portare post ihm. Sequebatur autẽ
illum multa turba populi & mulierum.
quę plangebant & lamentabantur eũ.
Conuersus autẽ ad illas ihc dixit. Filię
hierusalem nolite flere sup me. sed super
uos ipsas flete & sup filios uestros. quoniã
ecce uenient dies in quibus dicent. Beatę
steriles & uentres qui non genuerunt.
& ubera quę non lactauerunt. Tunc in
cipient dicere montibus cadite sup nos.
& collibus operite nos. quia si in uiridi lig
no hec faciunt. in arido quid fiet. Du
cebantur autẽ & alii duo nequã cum eo ut

interficerentur. Et postquã uenerunt
in locum qui uocatur caluarię. ibi crucifixe
runt eum. Et latrones unum adextris. et
alterum asinistris. Ihc autẽ dicebat. Pater.
dimitte illis. nonenũ sciunt quid faciunt.
Diuidentes uero uestimenta sua miserunt
sortes. Et stabat populus expectans. Et de
ridebant illum principes cum eis. dicentes.
Alios saluos fecit. se saluũ faciat si hic est
xpc̃ dei electus. Illudebant autẽ ei & mi
lites. accedentes. & acetum offerebant illi
dicentes. Si tues rex iudeorum. saluum
te fac. Erat autẽ & suprscriptio inscripta
sup illũ. Litteris grecis & latinis & hebra
icis. hic est rex iudeorũ. Vnus autẽ de
his qui pendebant latronibus blasphema
bat eum dicens. Si tues xpc̃. saluum fac
temetipsũ & nos. Respondens autẽ alter
increpabat eum dicens. Neq; tu times dñ.
quod meãdem damnatione es. Et nos
quidem iuste. nam digna factis recipimus.
hic uero nihil mali gessit. Et dicebat ad
ihm̃. Dne̅ memento mei. cum ueneris in
regnum tuũ. Et dixit illi ihc̃. Amen dico
tibi. hodie mecũ eris in paradyso. Erat

aute fere hora sexta . & tenebre facte sunt
in universa terra usq; in horā nonam . & ob
scuratus est sol . & velum templi scissū est
medium . & clamans voce magna ihc ait.
Pater. in manus tuas cōmendo spiritū meū.
& hec dicens expiravit.
Videns autē centurio quod factū fuerat
glorificavit deū dicens. Vere. hic ho
mo iustus erat. & omnis turba eorū qui
simul aderant adspectaculū istud & vide
bant que fiebant . percutientes pectora
sua revertebantur . Stabant autē oēs
noti eius alonge . & mulieres que secu
erant eum agalilea . hec videntes. & ecce
vir nomine ioseph qui erat decurio . vir
bonus & iustus. hic non consenserat consi
lio & actibus eorū . abarimathia civitate
judee . qui expectabat & ipse regnum dei.
hic accessit adpilatum . & petiit corpus
ihu . & depositū involvit sindone . & po
suit eū in monumento excisō . in quo non
dum quisquā positus fuerat .



FERIA · V · SCVM IOH

ANTE DIEM FESTUM PAS

CE SCIENS IHS

quia uenit eius hora ut
transeat exhoc mundo
adpatrem . cumdilexis .
set suos qui erant immun
do . infinem dilexit eos . ℭ tcena facta·
cum diabolus iam misisset incor ut trade
ret eũ iudas symonis scariothis·/ sciens qua
omnia dedit ei pater in manus· ⁊ quia adõ
exiuit ⁊ ad dm uadit·/ surgit a cena ⁊ po
nit uestimenta sua. ℭ t cum accepisset lin
teũ·/ pinxit se· ℭ ande mittit aquam in
peluim·/ ⁊ cepit lauare pedes discipulorũ·
⁊ extergere linteo quo erat precinctus· ℭ ve
nit ergo ad symonẽ petrũ·/ ⁊ dicit ei petrus·
ñe·/ tu mihi lauas pedes· ℜ espondit ihc·/
⁊ dicit ei· ℚ uod ego facio tu nescis modo·/
scies autẽ postea· ℭ icit ei petrus· ℕ on
lauabis mihi pedes in ęternum· ℜ espondit
ei ihc· ℠ i non lauero te·/ non habebis par
tem mecum· ℭ icit ei symon petrus· ℭ ñe·/

non tamū pedes: sed & manus & caput.
Dicit ei ihc. Qui lotus est non indiget
nisi ut pedes lauet: sed est mundus totus.
Et uos mundi estis: sed non omnes. Sciebat
enim quisnam esset qui traderet eū: ppt̄
ea dixit. non estis mundi omnes. Postq̄
ergo lauit pedes eorū & accepit uestimenta sua: cum recubuisset iterū. dixit eis.
Scitis quid fecerim uobis. Uos uocatis me
magister & dne: & bene dicitis. sum etenim.
Si ergo ego laui uros pedes dns & magister:
& uos debetis alter alterius lauare pedes.
Exemplum enim dedi uobis: ut quemadmodum ego feci uobis. ita & uos faciatis.



FERIA VI. PASSIO DNI NRI IHV XPI SCDM IOHANNEM. INITIVM.

EGRESSUS EST IHC CV DISCIPVLIS SVIS trans torrentem cedron: ubi erat hortus. Inquem intro uit ipse & discipuli ei. Sciebat autem & iudas qui tradebat eum locum: quia frequenter ihc conuenerat illuc cum discipulis suis. Iudas ergo cum accepisset cohortem & a pontificib; & phariseis ministros: uenit illuc cum lanternis & facib; & armis. Ihc autem sciens omnia que uenitura erant sup eum: processit & dicit eis. Quem quaeritis. Responderunt ei. Ihm nazarenum. Dicit eis ihc. Ego sum. Stabat autem & iudas qui tradebat eum cum ipsis. Vt ergo dixit eis ego sum: abierunt retrorsum: & ceciderunt in terram. Iterum ergo eos interrogauit. Quem quaeritis. Illi autem dixerunt. Ihm nazarenum. Respondit ihc. Dixi uobis: quia ego sum. Si ergo me quaeritis sinite hos abire. Vt impleretur sermo quem dixit: quia quos dedisti mihi non perdidi ex eis quemquam. Symon ergo

petrus habens gladiū eduxit eum. & per cussit pontificis seruum & abscidit eius auriculā dextram. Erat autē nomen ser uo malchus. Dixit ergo ihc petro. Mitte gladiū in uaginam. Calicē quem dedit mihi pater non bibā illum. Cohors ergo & tribunus & ministri iudeorum compre henderunt ihm & ligauerunt eum. & ad duxerunt eū ad annan primum. Erat autē socer caiphe. qui erat pontifex anni illius. Erat aū caiphas qui consiliū dede rat iudeis. quia expedit unū hominem mori pro populo. Sequebatur aū ihm symon petrus. & alius discipulus. Discipulus autē ille erat notus pontifici. & introiuit cum ihu in atriū pontificis. petrus autem stabat ad ostium foris. Exiuit ḡ discipulus alius qui erat notus pontifici. & dixit ostiarie. & introduxit petrum. Dixit ḡ petro ancilla ostiaria. Numquid & tu ex discipulis es hominis istius. Dicit ille. Non sum. Stabant autē ministri ad prunas quia frigus erat. & calefiebant. Erat autē cum eis & petrus stans & cale faciens se. Pontifex ḡ interrogauit ihm

de discipulis suis: & de doctrina eius. Re
spondit ei ihc. Ego palã locutus sum
mundo: ego semp docui in synagoga &
in templo quo omnes iudei conueniunt:
& in occulto locutus sum nihil. Quid me
interrogas. Interroga eos qui audierunt:
quid locutus sim ipsis. Ecce hi scium quę
dixerim ego. Hęc cum dixisset: unus as
sistens ministrorum dedit alapam ihu
dicens. Sic respondes pontifici. Respon
dit ei ihc. Si male locutus sum: testimo
nium phibe de malo. Si autem bene:
quid me cędis. Et misit eum annas li
gatũ ad caiphan pontificem. Erat autẽ
symon petrus stans & calefaciens se. Di
xerunt ergo. Nunquid & tu ex discipu
lis eius es. Negauit ille & dixit. Non su.
icit unus ex seruis pontificis: cognatus
eius cuius abscidit petrus auriculam.
Nonne ego te uidi in horto cũ illo. Iterũ
ergo negauit petrus: & statim gallus
cantauit. Adducunt ergo ihm a caipha
in prętorium. erat autẽ mane: & ipsi
non introierunt in prętoriũ ut non
contaminarentur: sed ut manducа

rum pascha· Exiuit ergo pilatus adeos
foras & dixit· Quā accusationē affertis
aduersus hominē hunc· Respondерunt
& dixerunt ei· Si non esset hic male
factor· non tibi tradidissemus eū· Dixit
ergo eis pilatus· Accipite eū uos· &
secundū legē uram iudicate eū· Dixe
runt ei iudei· Nobis non licet inter
ficere quemquam· Vt sermo ihu imple
retur quem dixit· significans qua morte
esset moriturus· Introiuit iterum in
pretoriū pilatus· & uocauit ihm· &
dixit ei· Tu es rex iudeorum· Et respon
dit ihc· A temetipso hoc dicis· an alii
tibi dixerunt de me· Respondit pilat·
Numquid ego iudeus sum· Gens tua &
pontifices tradiderunt te mihi· quid
feciſti· Respondit ihc· Regnū non est
de hoc mundo· Si ex hoc mundo esset
regnū meū· ministri mei utiq; decerta
rent ut non traderer iudeis· Nunc aū
regnū meū non est hinc· Dixit itaq; pi
latus· Ergo rex es tu· Respondit ihc·
Tu dicis· quia rex sum ego· Ego in hoc
natus sum & ad hoc uenī in mundū· ut

testimoniū phibeam veritatē. Omnis
qui est veritatis audit meā vocem.
ait a pilatus. Quid est veritas. Et cum
hoc dixisset iterū exiit ad iudeos & di
cit eis. Ego nullā inuenio in eo causam.
Est autē consuetudo vobis ut unū dimittā
vobis in pascha. Mittis g̃ dimittā vobis
regem iudeorum. Clamauerunt rursū
omnes dicentes. Non hunc. sed barrab
bam. Erat autem barrabbas latro. Tunc
ergo apprehendit pilatus iesum & flagella
uit. Et milites plectentes coronā de spi
nis imposuerunt capiti eius & vestē pur
puream circumdederunt ei. & veniē
bant ad eū & dicebant. Ave rex iude
orum. Et dabant ei alapas. Exiit iterū
pilatus foras & dicit eis. Ecce adduco
vobis eū foras ut cognoscatis quia in eo
nullā causā inuenio. Exiit g̃ ihc portā
tem spineā coronā & purpureū vestimen
tum. Et dicit eis. Ecce homo. Cum
ergo vidissent eū pontifices & ministri
clamabant dicentes. Crucifige crucifige
eum. Dicit eis pilatus. Accipite eū vos
& crucifigite. Ego enim non inuenio

in eo causam. Responderunt ei iudei. Nos legē habemus: & secundū legem debet mori quia filiū dei se fecit. Cum ergo audisset pilatus hunc sermonē: magis timuit. Et ingressus est prætoriū iterū: & dicit ad ihm. Unde es tu. Ihc autē responsū non dedit ei. Dicit ergo ei pilatus. Mihi non loqueris. Nescis quia potestatē habeo crucifigere te: & potestatē habeo dimittere te: Respondit ihc. Non haberes potestatē aduersū me ullā: nisi tibi esset datū desup. Propterea qui tradidit me tibi: maius peccatū habet. Exinde quærebat pilatus dimittere eū: iudei autē clamabant dicentes. Si hunc dimittis: non es amicus cesaris. Omnis qui se regem facit: contradicit cesari. Pilatus q̄ cum audisset hos sermones: adduxit foras ihm: & sedit pro tribunali in loco qui dicitur lythostrotos: hebraice autē gabatha. Erat aū parasceue paschæ: hora quasi sexta. Et dicit iudeis. Ecce rex uester. Illi autē clamabant. tolle tolle: crucifige eum. Dicit eis pilatus. Regem uestrū crucifigam. Responderunt pontifices. Non habemus regem:

nisi cesarem. Tunc ergo tradidit eis illū:
ut crucifigeretur. Susceperunt autē
ihm: & eduxerunt. Et baiolans sibi crucē:
exiuit in eū qui dicitur caluarie locū.
hebraice golgatha. Ubi eū crucifixerunt
& cum eo alios duos hinc & hinc. mediū
autē ihm. Scripsit autē & titulū pilat:
& posuit sup crucē. Erat autē scriptū.
Hic nabarenus rex iudeorum. Hunc g
titulū multi legerunt iudeorū quia ppe
ciuitatē erat locus ubi crucifixus est ihc:
& erat scriptū hebraice. grece. & latine.
Dicebant g pilato pontifices iudeorum.
Noli scribere rex iudeorum: sed quia ipse
dixit rex sum iudeox. Respondit pilat.
Quod scripsi scripsi. Milites g eū cruci
fixissent eū: acceperunt uestimenta ei.
& fecerunt quatuor partes. unicuiq;
militi partē. & tunicā. Erat autē tunica
inconsutilis: desup contexta p totum.
Dixerunt g ad inuicem. Non scindamus
eā: sed sortiamur de illa cuius sit. Ut
scriptura impleretur dicens. Partiti sunt
uestimenta mea sibi: & in uestē meam
miserunt sortem. Et milites quidem

hec fecerunt. Stabant aut̄ iuxta
crucē ihu. matr eius & soror matris eius
maria cleopē & maria magdalene. Cū
uidisset ergo ihc matr̄ & discipulū quē
diligebat dicit matri suę. Mulier ecce
filius tuus. Deinde dicit discipulo. Ecce
mater tua. Et exilla hora accepit eam
discipulus in sua. Postea sciens ihc quia
iam omnia consummata sunt ut con
summaretur scriptura dicit. Sitio. Vas
ergo positū erat acęto plenum. Illi aū
spongiā plenā acęto circumponentes
obtulerunt ori ei. Cum ergo accepisset
ihc acętū dixit. Consummatū est. Et
inclinato capite tradidit spm. Iudei
ergo quō paraschcue erat. ut non rema
nerent in cruce corpora sabbato. erat
enim magnus dies ille sabbati rogaverunt
pilatū ut frangerent eorū crura & tolle
rentur. Venerunt ergo milites & primi
quidem fregerunt crura & alterius qui
crucifixus est cum eo. ad ihm aut̄ cum
uenissent. ut viderunt eum iam mortuū
non fregerunt eius crura sed unus militū
lancea latus eius aperuit & continuo

exiuit sanguis & aqua. Et qui uidit testi
monium phibuit. & uerū est testimonium
eius. & ille scit quia uera dicit ut & uos cre
datis. Facta sunt enim hec. ut scriptura im
pleretur: os non comminuetis ex eo. Et rursū
alia scriptura dicit. Uidebunt in quem
transfixerunt. Post hec autem rogauit pi
latum ioseph ab arimathia. eo quod esset dis
cipulus ihu. occultus autem propter metū
iudeorum ut tolleret corpus ihū. Et per
misit pilatus. Venit ergo & tulit corpus ihū.
Uenit autē & nichodemus qui uenerat ad
ihm nocte primū. ferens mixturā aloes &
myrre quasi libras centum. Acceperunt
corpus ihu. & ligauerunt eum linteis cum
aromatib; sicut mos erat iudeis sepelire.
Erat autem in loco ubi crucifixus est or
tus. & in orto monumentum nouum in
quo nondum quisquam positus erat.
Ibi ergo propter parasceuen iudeorum
quia iuxta erat monumentum posuerunt
ihm.

SEQVENTI SCI
EV̄. S. MATHEV̄.

ESPE
RE AU
TEM
SABBATI QVE
lucescit inpri
ma sabbati.
uenit maria magdalena & altra maria u
dere sepulchrū. Et ecce terre motus factus
est magnus. Angelus enim dñi descendit de
celo. & accedens reuolut lapidem. & sedebat
super eum. Erat autem aspectus eius sicut
fulgur. & uestimentum eius sicut nix. Pre
timore autē eius exterriti sunt custodes. & facti
sunt uelut mortui. Respondens aūt angls
dixit mulieribs; Nolite timere uos. Scio enī
quod ihm qui crucifixus est quereris. non est hic.
surrexit enim sicut dixit. Venite & uidete locū.
ubi positus erat dñs. Et cito euntes dicite dis
cipulis eius quia surrexit. & ecce precedet uos in
galileā. Ibi eū uidebitis. ecce dixi uobis.

Scdm Ma

MARIAMAG
DALENAE ET
MARIA IACOBI
& salome. emerunt
aromata. ut uenien
tes unguerent ihm.
Et ualde mane una sabbatorū uenerunt
ad monumentū. orto iam sole. Et dice
bant ad inuicem. Quis reuoluet nobis
lapidem ab ostio monumenti? Et respi
cientes. uiderunt reuolutū lapidem.
Erat quippe magnus ualde. Et intro
euntes in monumentū. uiderunt iuuenē
sedentē in dextris coopertum stola can
dida. & obstupuerunt. Qui dicit illis.
Nolite expauescere. Ihm quęritis nāza
renum. crucifixū. surrexit. non est hic.
Ecce locus. ubi posuerunt eum. Sed ite
dicite discipulis eius & petro. quia pre
cedet uos in galileam. Ibi eum uidebitis.
sicut dixit uobis. FERIA SECUNDA.
SEQUENTI. SCI. EIV. S. LUCAM.
In illo tempore. Euntes duo ex di
scipulis ihū. ibant ipsa die in castellum

quod erat inspacio stadiorum sexaginta
abhierusalem nomine emaus. Etipsi lo
quebantur adinuicē. dehis omnibus quę
acciderant. Etfactum est dumfabularen
tur &secum quererent. &ipse ihc appro
pinquans ibat cumillis. Oculi autē illorū
tenebantur. necum agnoscerent. Etait
adillos. Quisunt hi sermones quos con
fertis adinuicē ambulantes. &estis tristes.
Etrespondens unus cui nomen cleophas.
dixit ei. Tusolus peregrinus es inhieru
salem. &noncognouisti quę facta sunt in
illa hisdiebus. Quibus ille dixit. Quae.
Etdixerunt. De ihū nazareno qui fuit
uir ppheta. potens inopere &sermone co
ram deo &omni populo. &quomodo eū
tradiderunt summi sacerdotes &principes
nostri indapnationem mortis. &crucifi
xerunt eum. Nos autē sperabamus
quia ipse esset redempturus israhel. Et
nunc sup haec omnia tertia dies est hodie
quod hęc facta sunt. Sed &mulieres quę
dam exnostris terruerunt nos. quę ante
lucem fuerunt admonumentū. &non
inuento corpore eius uenerunt. dicen

tes se & iam uisionē angelorū uidisse.
qui dicunt eū uiuere. Et abierunt quidā
exnostris admonumentū. & ita inuene
runt sicut mulieres dixerunt. ipsū uero
nonuiderunt. Et ipse dixit adeos. O stul
ti & tardi corde adcredendū. inomnibus
quę locuti sūt pphetę. Nonne hęc opor
tuit pati xpm. & ita intrare ingloriā suā.
Et incipiens amoyse & omnibus pphetis.
interpretabatur illis inomnib; scripturis
quę deipso erant. Et appropinquauerunt
castello quo ibant. & ipse se finxit longius
ire. Et coegerunt illum dicentes. Mane
nobiscum quoniā aduespераscit. & incli
nata est iam dies. Et intrauit cumillis.
Et factum est dumrecumberet cūillis.
accepit panem & benedixit. acfregit et
porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eo
rum. & cognouerunt eum. Et ipse euā
nuit exoculis eorū. Et dixerunt adin
uicem. Nonne cor nostrū ardens erat in
nobis dumloqueretur inuia. & aperiret
nobis scripturas? Et surgentes eadem ho
ra regressi sunt inhierusalem. & inuene
runt congregatos undecim. & eos qui cū

ipsis erant dicentes. Quod surrexit dns
uere. & apparuit symoni. Et ipsi narra
bant que gesta erant in uia. & quomodo
cognouerunt eu infractione panis. FER. III.
SEQUENTE SCI EV. SCDM LUCAM
In illo tempe. Stetit ihc in medio
discipulorū suorū. & dicit eis. Pax uobis.
Ego sum. nolite timere. Conturbati
uero & conterriti. existimabant se spiritū
uidere. Et dixit eis. Quid turbati estis.
& cogitationes ascendunt in cordibus uestris.
Videte manus meas & pedes. quia ipse
ego sum. Palpate & uidete. quia spiritus
carnem & ossa non habet. sicut me uide
tis habere. Et cum hoc dixisset. ostendit
eis manus & pedes. Adhuc autē illis non
credentibus, & mirantib; pre gaudio dixit.
Habetis hic aliquid quod manducetur.
Et illi obtulerunt ei partē piscis assi. et
fauum mellis. Et cū manducasset coram
eis. sumens reliquias dedit eis. & dixit ad
eos. Hec sunt uerba que locutus sum
ad uos. cū adhuc essem uobiscum. quō
necesse est impleri omnia que scripta sūt
in lege moysi & prophetis & psalmis de

me. Tunc aperuit illis sensum ut intellegerent scripturas. & dixit eis. Quoniá sic scriptum est. & sic oportebat pati xpm. et resurgere a mortuis die tertia. & predicari in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes. FER̃. IIII.

SEQVENT̃. SCI. EṼ. S. IOHANNEM.

In illo tpe. Manifestauit se ihc ad mare tyberiadis. manifestauit autem sic. Erant ante simul symon petrus & thomas qui dicitur didimus. & nathanael qui erat a chana galileę. & filii zebedei. & alii ex discipulis eius duo. Dicit eis symon petrus. Vado piscari. Dicunt ei. Venimus & nos tecum. Exierunt & ascenderunt in nauim. & illa nocte nihil prendiderunt. Mane autẽ iam facto stetit ihc in littore. non tamen cognouerunt cũ discipuli quia ihc est. Dicit ergo eis ihc. Pueri. nunquid pulmentariũ habetis. Respondérunt ei. Non. Dicit eis. Mittite in dextrã nauigii rete. & inuenietis. Miserunt ergo retia. & iam non ualebant illud trahere a multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille quẽ diligebat

ihc petro. Dns est. Symon petrus cum
audisset quia dns est. tunica succinxit se. erat
enim nudus. & misit se in mare. Alii autē di
scipuli nauigio uenerunt. Non enim longe
erant a terra. sed quasi cubitis ducentis. trahen
tes rete piscium. Vt ergo descenderunt inter
ram. uiderunt prunas positas. & piscem sup
positum & panem. Dicit eis ihc. Afferte de
piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit
symon petrus & traxit rete interra. plenum
magnis piscibus centū quinquaginta tribus.
Et cū tanti essent. non est scissum rete. Dicit
eis ihc. Venite prandete. Et nemo audebat
discumbentiū interrogare eum. tu quis es.
Scientes quia dns est. Et uenit ihc & ac
cepit panem & dedit eis. & piscē similiter.
Hoc iam tertio manifestatus est ihc discī
pulis suis. cum resurrexisset amortuis.

FERIA QVINTA. SEQ. SCI. EV. S.

In illo tempō. Maria stabat ad monumentū foras plorans. Cum ergo
fleret inclinauit se. & prospexit in monumen
tum. Et uidit duos angelos in albis sedentes.
unum ad caput & unū ad pedes. ubi positū
fuerat corpus ihū. Dicunt ei illi. Mulier

quid ploras. Dicit eis. Quia tulerunt
dñm meū. & nescio ubi posuerunt eum.
Hec cū dixisset conuersa est retrorsum. et
uidit ihm stantem. & nesciebat quia ihc est.
Dicit ei ihc. Mulier quid ploras. Quem
queris. Illa existimans quia hortulanus
esset dicit ei. Dñe. si tu sustulisti eum. di
cito mihi ubi posuisti eum. & ego eū tollam
Dicit ei ihc. Maria. Conuersa illa
dicit ei. Rabboni. quod dicitur magister.
Dicit ei ihc. Noli me tangere. nondum
enī ascendi adpatrem meū. Uade autē
adfratres meos. & dic eis. Ascendo ad
patrem meū & patrē uestrum. deū meū
& dñm uīm. Venit maria magdalena
annuntians discipulis quia uidi dñm.
& hec dixit mihi. FERIA SEXTA.
SEQUENTI SCI E S IOHIS
NIllo tempō. Undecim discipuli abi
erunt ingalileam. inmontē ubi constituit
eis at illis ihc. Et tunde mites eū adorauerūt.
quidam autē dubitauerunt. Et accedens
ihc locutus est eis dicens. Data est mihi
omnis potestas incelo & interra. Euntes
g docete omnes gentes. baptizantes eos

innomine patris & filii & sp̃s sci . docentes
eos seruare omnia quecũq; mandaui uobis .
Et ecce ego uobiscũ sum omnibus dieb; usq;
adconsumationẽ scli . SABBATO .

SEQVENTI . S . EC . S . IOHANNEM .

In illo tempo . Una sabbati maria mag
dalena uenit mane cũ adhuc tenebre eẽnt
admonumentũ . & uidit lapidem sublatum
amonumento . Cucurrit ergo & uenit ad
symonem petrum . & adalium discipulum
quẽ diligebat ihc . & dicit eis . Tulerunt do
minũ meũ demonumento . & nescimus ubi
posuerunt eum . Exiuit ergo petrus & ille
alius discipulus . & ueniebant admonumen
tum . Currebant aũt duo simul . & ille
alius discipulus precucurrit citius petro .
& uenit primus admonumentũ . Et cum
se inclinasset . uidit linteamina posita . non
tamen introiuit . Uenit ergo symon petrus
sequens eum . & introiuit inmonumentum .
Et uidit linteamina posita . & sudarium
quod fuerat sup capit eius . non cũ linteami
nibus positum . sed separatim inuolutum
in unũ locum . Tunc ergo introiuit & ille
discipulus qui uenerat primus admonu

mentum . & uidit . & credidit. Nondum
enī sciebant scripturā . quia oportebat eum
a mortuis resurgere. Dom̄ Prima Post
Sequent̄ S.E.S. Lohm̄ Pascha.
Cumesset sero die illo una sabbatorum.
& fores essent clause . ubi erant discipli
congregati propter metum iudeorū . uenit
ihc & stetit in medio . & dicit eis. Pax uo
bis. Et cum hoc dixisset . ostendit eis ma
nus & latus. Gauisi sunt ergo discipuli .
uiso dño. Dixit ergo eis iterū . Pax uobis.
Sicut misit me pater . & ego mitto uos.
Hoc cum dixisset . insufflauit & dicit eis.
Accipite spm̄ scm̄ . quorū remiseritis pec
cata remittuntur eis . & quorū retinueri
tis retenta sunt. Thomas autē unus ex du
odecim qui dicitur didimus . non erat cum
eis quando uenit ihc . Dixerunt ergo ei
alii discipuli . Vidimus dnm̄. Ille autem
dixit eis. Nisi uidero in manib; eius figu
ram clauorū . & mittam digitū meum in
locum clauorū . & mittā manū meā in la
tus eius non credam . Et post dies octo ite
rum erant discipuli eius intus . & thomas
cum eis. Venit ihc ianuis clausis & stetit

inmedio &dixit. Pax uobis. D einde
dicit thome. Infer digitū tuū huc. &m
de manus meas. &affer manum tuam
&mitte inlatus meū. &noli esse incredu
lus sedfidelis. R espondit thomas &dixit
ei. D ns mꝰ. &ds meus. D icit ei ihc.
Quia uidisti me credidisti. beati qui non
uiderunt &crediderunt. M ulta quidem
&alia signa fecit ihc inconspectu discipu
lorū suorū. quę nonsunt scripta inlibro hoc.
H ęc autē scripta sunt ut credatis. quia ihc
est xp̄c filius dei. Et ut credentes uitā habe
atis innomine eius. FERIA ·IIII·
SEQVENTI SCI·EV̄·SCD̄M MARCHAM·
In illo tempꝰ. S urgens ihc mane prima
sabbati apparuit primo marię magda
lenę. de qua ieceratꝰ septē demonia. I lla
uadens. nunciauit his qui cū eo erant lu
gentibus &flentib;. Et illi audientes quia
quia uiuerat &uisus esset abea. noncredi
derunt. P osthęc autē duobus exeis ambu
lantibus inalia ostensus est effigie. eum
bus inullam. Et illi euntes. nunciaue
runt ceteris. FERIA ·V·
SEQ̄·SCI·EV̄·SCD̄M MATHEV̄·

In illo tẽp̃. Exierunt mulieres cito de monumento cum timore & gaudio mag no. currentes nunciare discipulis eius. Et ecce ihc occurrit illis dicens. Aue. Ille aũt accesserunt & tenuerunt pedes eius. & adorauerunt eum. Tunc ait illis ihc. Nolite timere. Ite nunciate fratri bus meis ut eant in galileam. ibi me uide bunt. Que cum abissent. ecce quidam de custodibus uenerunt in ciuitatem. & nun ciauerunt principibus sacerdotũ omnia que facta fuerant. Et congregati cum senioribus consilio accepto. pecuniam co piosam dederunt militibus dicentes. Dicite quia discipuli eius nocte uenerunt. et furati sunt eum nobis dormientib;. Et si hoc auditũ fuerit apud iudice. nos suadebi mus ei & securos uos faciemus. Illi ac cepta pecunia. fecerunt sicut edocti. Et diuulgatũ est uerbum istud apud iu deos. usq; in hodiernũ diem. Dom̃ sc̃a.

Sequẽti sc̃i eṽ.

In illo tẽp̃. Dixit ihc discipulis suis. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor: aiam̃ suã dat pro ouibus suis.

Mercenarius ꝙ qui non est pastor: cui non sunt oues proprie. uidet lupũ uenientem. ꝙ dimittit oues ꝙ fugit. Et lupus rapit. ꝙ dispergit oues. Mercenarius autẽ fugit quia mercenarius est. ꝙ nõ pertinet ad eũ de ouib;. Ego sum pastor bonus ꝙ cognosco meas. ꝙ cognoscunt me meę.

Sicut nouit me pater ꝙ ego agnosco patrem. ꝙ animã meã pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo que non sunt ex hoc ouili. ꝙ illas oportet me adducere. ꝙ uocẽ meã audient. Et fiet unũ ouile ꝙ unus pastor.

SEQVENTI. S. E. S. LVCĀ. FERIA III.

Illo tẽpore. Una sabbati ualde diluculo uenerunt mulieres ad monumentum portantes que parauerant aromata. Et inuenerunt lapidẽ reuolutum a monumento. ꝙ ingressę non inuenerunt corpus dñi ihũ. Et factum est dum mente consternate essent de isto. ecce duo uiri steterunt iuxta illas in ueste fulgenti. Cum timerent autẽ ꝙ declinarent uultũ in terram. dixerunt ad illas. Quid queritis. uiuentem cum mortuis. Non est hic. sed surrexit. Recordamini qualiter locutus ẽ uobis cũ ad

huc magdalena esset dicens. Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorii & crucifigi. & die tertia resurgere. Et recordati sunt verborum eius. & regresse a monumento nunciauerunt hec omnia illis undecim & ceteris omnib; Erat autē maria magdalena & iohanna & maria iacobi. & ceteri que cum eis erant que dicebant ad apostolos hec. Et visa sunt ante illos sicut deliramenti verba ista. & non credebant illis. Petrus autē surgens cucurrit ad monumentū. & procumbens vidit linteamina sola posita. & tulit secum mirans. quod factum fuerat. FERIA VI. SCDM MATHEVM. IN illo tempore. Accesserunt ad ihm discipuli iohannis dicentes. Quare nos & pharisei ieiunamus frequenter: discipuli autē tui non ieiunant. Et ait illis ihs. Numquid possunt filii sponsi lugere. quādiu cum illis est sponsus. Venient autē dies cū auferetur ab eis sponsus. & tunc ieiunabunt. Nemo autē immittit commissurā panni rudis in vestimentū vetus. Tollit enī plenitudinem ei⁹ a vestimento. & peior scissura fit. Neq; mittunt vinum novum in

untes ueteres. ALioqui rumpuntur untes.
& uinũ effundtur. & untes pereunt. Sed
uinũ nouum mittes nouos mittum. & am
bo conseruantur. DOMINICA III.
SEQUENTE SCI EV SCD M IOHEM
Illo temp. Dixit hic discipulis suis.
Modicum & iam non uidebtis me. & ite
rum modicũ & uidebtis me. quia ua
do ad patrem. Dixerunt ergo ex discipulis
eius ad inuicẽ. Quid est hoc quod dicit no
bis. modicum & non uidebtis me. & iterum
modicũ & uidebtis me. quia uado ad patrẽ.
Dicebant ergo. Quid est hoc quod dicit
modicum? Nescimus quid loquitur. Cog
nouit autẽ ihc quia uolebant eum interro
gare. & dixit eis. De hoc quęritis inter
uos quia dixi. modicum & non uidebtis me.
& iterũ modicum & uidebtis me. Amen
amen dico uobis. quia plorabtis & flebtis
uos. mundus autẽ gaudebit. Uos autẽ con
tristabimini. sed tristicia uestra uertetur
in gaudium. Mulier cum parit tristiciam
habet. quia uenit hora eius. Cum autem
peperit puerum. iam non meminit pres
sure propter gaudium. quia natus est ho

mo immundum. Et uos igitur nunc quidem
tristiciam habetis. uerum autē uidebo uos. et
gaudebit cor uestrū. & gaudium uestrum ne
mo tollet a uobis.

SEQ̄ SCI EV̄ SC V̄M IOH̄EM.

In illo tēp̄. Erat homo ex pharisēis nicho
demus nomine princeps iudeorum. hic uenit
ad ih̄m nocte. & dixit ei. Rabbi. scimus qua
a deo uenisti magister. nemo enī potest haec
signa facere quę tu facis. nisi fuerit dūs cū eo.
Respondit ih̄c & dixit ei. Amen amen dico
tibi. nisi quis natus fuerit denuo. non potest u
dere regnum dei. Dicit ad eum nichodemus.
Quomodo potest homo nasci cum sit senex.
Nunquid potest in uentrem matris suę iterā
to introire & nasci. Respondit ih̄c. Amen
amen dico tibi. nisi quis renatus fuerit ex aqua
& spiritu. non potest introire in regnum dei.
Quod natum est ex carne caro est. & quod na
tum est ex spiritu spūs est. Nolite mirari quia
dixi tibi. oportet uos nasci denuo. Spi ri
tus ubi uult spirat. & uocem eius audis. sed
non scis unde ueniat aut quo uadat. Sic est
omnis. qui natus est ex spiritu. Respondit
nichodemus. & dixit ei. Quomodo possunt

hec fieri? Respondit ihc & dixit ei. Tuesma
gister israhel. & hec ignoras? Amen amen
dico tibi. quia quod scimus loquimur. & quod
uidimus testamur. & testimoniu nostrum non
accipitis. Si terrena dixi uobis & non creditis.
quomodo si dixero uobis celestia credetis?
Et nemo ascendit mcelum nisi qui descendit. filius hominis qui est mcelo. Et sicut
moyses exaltauit serpentem in deserto. ita ex
altari oportet filium hominis. Et omnis qui
credit in ipsum non pereat. sed habeat uitam
aeternam. Feria quarta.
In illo tempo. Facta est Scdm Iohem
questio ex discipulis iohannis cum iudeis de pu
rificatione. & uenerunt ad iohannem & dixe
runt ei. Rabbi. qui erat tecum trans iordanen. cui tu testimoniu perhibuisti. ecce hic
baptizat. & omnes uenium ad eu. Respon
dit iohannes & dixit. Non potest homo ac
cipere quicqua. nisi fuerit ei datum de cmelo.
Ipsi uos mihi testimonium perhibetis quod
dixerim. ego non sum xpc. sed quia missus
sum ante illum. Qui habet sponsam sponsus
est. Amicus aute sponsi qui stat & audit
eum. gaudio gaudet propter uocem eius.

Hoc ergo gaudium meum impletum est.
Illum autē oportet crescere. me autē minui.
Qui desursum uenit sup omnes est. Qui
est de terra de terra est. & de terra loquitur.
Qui de cęlo uenit supra omnes est. & quod
uidit & audiuit hoc testatur. & testimoniū
eius nemo accepit. Qui accipit eius testi
monium signabit. quia deus uerax est.
Quem enī misit deus. uerba dei loquitur.
Non enī admensuram dat deus spiritum.
Pater diligit filium. & omnia dedit imma
num eius. Qui credit in filium. habet uitā
ęternam. Qui autē incredulus est filio non
uidebit uitam. sed ira dei manet sup eum.

DOMINICA .IIII. SEQUENTE SCI
NICOLAI TEMP. DE EO QUOD SCRIPTUM EST IN
HIS DISCIPLIS SUIS. Quado adeum qui me
misit. & nemo ex uobis interroget me quo
uadis. Sed quia hęc locutus sum uobis. tri
stitia impleuit cor uestrum. Sed ego ueri
tatem dico uobis. expedit uobis ut ego ua
dam. Si enī non abiero. paraclytus non ue
niet ad uos. Si autē abiero. mittam eum
ad uos. Et cum uenerit. ille arguet mundū
de peccato. & de iustitia. & de iudicio.

Ope ccato quidem . qua noncredunt inme.
De iuſticia uero . qua adpatrem uado . & iã
nonuidebitis me . De iudicio aũt . qua
princeps mundi huius iudicatus eſt . Adhuc
multa habeo uobis dicere . ſed nonpoteſtis
portare modo . Cum aũt uenerit ille ſps̃
ueritatis . docebit uos omnem ueritatem .
Non enim loquetur aſemetipſo . ſed quecũq;
audiet loquetur . & que uentura ſunt an
nuntiabit uobis . Ille me clarificabit . qua
de meo accipiet . & annuntiabit uobis .

FERIA ·III· SEQ SCI EV SCD

Nillo temp̃ . Respiciens ihc
discipulos suos dixit . Pater scẽ serua eos
in nomine tuo quos dedisti mihi . ut sint
unum sicut & nos . Cum essem cũ eis . ego
seruabam eos in nomine tuo . Quos dedisti
mihi custodiui . & nemo ex his perit nisi
filius pditionis . ut scriptura impleatur .
Nunc aũt ad te uenio . & hec loquor in
mundo . ut habeant gaudium meũ imple
tum in semetipsis . Ego dedi eis sermonẽ
tuũ . & mundus eos odio habuit . qua non
sunt de mundo . sicut & ego non sum de mun
do . Non rogo ut tollas eos de mundo . sed

ut serues eos a malo. Ex mundo non sum. sic
ut & ego non sum de mundo. Sanctifica eos
in ueritate. sermo tuus ueritas est. Sicut tu
me misisti in mundū. & ego misi eos in mundū.
Et pro eis ego sanctifico me ipsum. ut sint & ip
si sc̄ificati in ueritate. Non pro bis aut̄ rogo
tantū. sed & pro eis qui credituri sunt p̄ uer-
bū illorum in me. ut omnes unum sint sicut tu
pater in me. & ego in te. ut & ipsi in nobis
unū sint. ut mundus credat quia tu me mi
sisti. Et ego claritatē quam dedisti mihi
dedi eis. ut sint unum sicut & nos unū sumus.
Ego in eis & tu in me. ut sint consummati in
unum. Ut cognoscat mundus quia tu me
misisti. & dilexisti eos sicut & me dilexisti.
Pater. quos dedisti mihi uolo ut ubi sum ego.
& illi sint mecum. ut uideant claritatē meā
quam dedisti mihi. quia dilexisti me ante
constitutionē mundi. Pater iuste. mundus
te non cognouit. ego aut̄ cognoui te. & hi
cognouerunt quia tu me misisti. Et notū
eis feci nomen tuum & notum faciam. ut
dilectio qua dilexisti me in ipsis sit & ego
in ipsis. FERIA VI. SEQVENTI
SCI EV SCDM IOHANNEM.

illo tẽp. Dixit ihc discipulis suis.
Filioli. adhuc modicum uobiscum sum.
quaeretis me. & sicut dixi iudeis. quo
ego uado uos non potestis uenire. & uobis
dico modo. Mandatum nouum do uobis.
ut diligatis inuicem sicut dilexi uos. ut et
uos inuicem diligatis. Inhoc cognoscent om
nes quia mei estis discipuli. si dilectionem
habueritis adinuicẽ. Dicit ei symon petrus.
Dne quo uadis. Respondit ihc. Quo
ego uado non potes me modo sequi. sequeris
autem postea. DOMIN̄O. V.
SEQVEN̄ SCI EV̄ SCVM LOHEM

illo tẽp. Dixit ihc discipulis suis.
Amen amen dico uobis. si quid petieri
tis patrem in nomine meo dabit uo
bis. Usque modo non petistis quicquã in
nomine meo. Petite & accipietis. ut gau
dium uestrũ sit plenum. Hec in prouer
bis locutus sum uobis. uenit hora cum iã
non in prouerbiis loquar uobis. sed palam
de patre annuntiabo uobis. Illo die in no
mine meo petetis. Et non dico uobis. quia
ego rogabo patrẽ de uobis. ipse enim pater
amat uos quia uos me amastis. & credidi

ſtis quia ego adeo exiui . Exiui a patre. et
ueni in mundum . Iterum relinquo mundu.
& uado ad patrem . Dicunt ei discipli eius.
Ecce nunc palam loqueris. & prouerbium
nullu dicis. Nunc scimus quia scis omnia.
& non opus est tibi . ut quis te interroget .
In hoc credimus. quia adeo existi .

IN LETANIA MAIORE. SCM LVCA.

In illo tpo. Dixit ihc discipulis suis.
Quis uestru habebit amicum. & ibit
ad illum media nocte & dicet illi .
Amice . cōmoda mihi tres panes. quoniam
amicus meus uenit de uia ad me. & non ha
beo quod ponam ante illum . Et ille den
tus respondens dicat . Noli mihi molestus
esse . iam ostium clausu est . & pueri mei
mecum sunt in cubilu . non possum surgere
& dare tibi . Et ille si perseuerauerit pulsans.
dico uobis. & si non dabit illi surgens eo qd
amicus eius sit . propt improbitate tamen
eius surget . & dabit illi quotquot habet
necessarios. Et ego uobis dico . Petite et
dabitur uobis. querite & inuenietis. pul
sate & aperietur uobis. Omnis enim qui
petit accipit . & qui querit inuenit . & pul

ſanti aperietur. Quiſ aut̄ ex uobiſ patrem
petit panem. numquid lapidem dabit illi.
Aut piſcem. nūquid propiſce ſerpent̄ da
bit illi. Aut ſi petierit ouum. numquid
porriget ei ſcorpionem. Si ergo uos cum
ſitis mali noſtis bona data dare filiſ uīs.
quanto magis pat̄ ueſter de cęlo dabit ſpi
rit̄m bonū. petentibuſ ſe. In uigilia
aſcen̄ſ. Scd̄m Iohēm
In illo tēp̄. Subleuatis oculis
in hēc inquit. Pater. uenit hora. cla
rifica filium tuū. ut filiuſ tuuſ clarificet te.
Sicut dediſti ei poteſtat̄ omniſ carniſ. ut
omne quod dediſti ei det eiſ uitam ęternam.
Hec eſt aut̄ uita ęterna. ut cognoſcant
te ſolum uer̄ deum. & quem miſiſti ih̄m
xp̄m. Ego te clarificaui ſup̄ terr̄a. opuſ
conſūmaui quod dediſti mihi ut faciam.
Et nunc clarifica me tu pater apud temet
ipſum. claritate quam habui priuſ quam
eſſet mundus apud te. Manifeſtaui no
men tuum hominibuſ quoſ dediſti mihi
de mundo. Tui erant. & mihi eoſ dediſti.
& ſermon̄ tuum ſeruauerunt. Nunc
cognouerunt. quia omnia quę dediſti

mihi abſte ſunt. quia uerba quę dediſti
mihi dedi eiſ. & ipſi acceperunt & cogno
uerunt uere quia ate exiui. & credide
runt quia tu me miſiſti. ego pro eis
rogo. non pro mundo rogo. ſed pro his
quos dediſti mihi. quia tui ſunt. & mea
omnia tua ſunt. & tua mea ſunt. & cla
rificatus ſum in eis. & iam non ſum in
mundo. & hi in mundo ſunt. & ego ad te
uenio.

In Festo s. Altonis Abbatis

In I. Vesperis Aña.



Magnus Dominus.

Capitulum.

Beatus vir, qui inventus est sine macula, & qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia thesauris: Quis est hic & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua.

Ad Mg̃ft.



A pro ge nie .

In II. Veſperis Aña .



Spiri tus ſanctus .

Ad Mg̃ft.



Ath le ta Dei .

Oratio

Oremus .

CONcede quæsumus Domine fidelibus tuis dignesancti Altonis confessoris tui celebrare solemnia, ut ea, quæ fideliter expetunt, & hìc experiantur auxilia, & æternis effectibus apprehendant. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum ~ .

Sequitur Oratio post Ave maris stella .

Oremus . Oratio .

PRotege Domine famulos tuos ſubſidiis pacis, & beatæ Mariæ ſemper Virginis patrociniis confitentes, à cunctis hoſtibus, & periculis reddeſecuros . Deus à quo ſancta deſideria, recta conſilia, & iuſta ſunt opera : da ſervis illam, quam mundus dare non poſt pacem : ut & corda noſtra, mandatis tuis dedita, & hoſtium ſublata formidine, tempora ſint tua protectione tranquilla . Per Chriſtum Dominum noſtrum ~

Sabbato ante Septuagef.
Ad Mg̃ft. Aña.

DIxit Dominus ad Adam; De ligno, quod eſt in medio paradiſi ne comedas: in qua hora comederis, morte morieris.

℣. Veſpertina oratio aſcendat ad te Domine. ℟. Et &c

Oremus. Oratio.

PReces populi tui, quaſumus Dñe, clementer exaudi; ut qui iuſtè pro peccatis noſtris affligimur, pro tui nominis gloria miſericorditer liberemur. Per Dñm.

Dñca in Septuageſ.
Ad Mg̃ft. Aña.

DIxit paterfamilias operariis ſuis: Quid hîc ſtatis tota die

otiosi ? At illi respondentes dixe-
runt : Quia nemo nos conduxit.
Ite & vos in vineam meam : &
quod iustum fuerit, dabo vobis .
℣. Dirigatur Domine oratio mea.
℟. Sicut incensum &c .
Oratio . Preces populi . ut supra.



Scm̃ Marcum

ECVM
BENTIBV
UNDECIM
discipvlis apparv
it illis ihc-& exprba
uit mentulitatẽ
illoꝝ & durtiam
cordis·quia his qui uiderant eũ resurrexisse
non crediderunt·& dixit eis·Euntes in mun
dum uniuersũ·prdicate euangliu omi crea
turę·Qui crediderit & baptizatus fuerit sal
uus erit. Qui uero non crediderit. condem
nabitur. Signa autẽ eos qui crediderint.
haec sequentur. In nomine meo demonia
icient. linguis loquentur nouis. serpentes
tollent. Et si mortiferum quid biberint.
non eos nocebit. Sup egros manus impo
nent. & bene habebunt. Et dns quidem
ihc postquã locutus est eis assumptus est
in cęlum. & sedit ad dextris dei. Illi autem
profecti prdicauerunt ubiq; dño coope
rante. & sermonem confirmante sequenti
bus signis. DOMIN̄ POST ASCEN̄S

SEQVENTI SCI EV SCVM IOHEM.

NILLO TEMP. DIXIT HIC DISCIPLVS EIVS.

CUM VENERIT PARACLYTVS QUEM EGO MITTAM VOBIS A PATRE SPIRITU VERITATIS QUI A PATRE PROCEDIT. ILLE TESTIMONIUM PERHIBEBIT DE ME. ET VOS TESTIMONIU PERHIBEBITIS. QUIA AB INITIO MECUM ESTIS. HEC LOCUTUS SUM VOBIS. UT NON SCANDALIZEMINI. ABSQ; SYNAGOGIS FACIENT VOS. SED VENIT HORA. UT OMNIS QUI INTERFICIT VOS. ARBITRETUR OBSEQUIU SE PRESTARE DEO. ET HEC FACIENT VOBIS. QUIA NON NOVERUNT PATREM NEQ; ME. SED HEC LOCUTUS SUM VOBIS. UT CUM VENERIT HORA EORU REMINISCAMINI. QUIA EGO DIXI VOBIS.

FERIA V. IN .IIII. SCVM IOHEM

NILLO TEMP. DIXIT HIC DISCIPLVS EIVS. SI MANSERITIS IN ME. ET VERBA MEA IN VOBIS MANSERINT. QUODCUQ; VOLUERITIS PETETIS. & FIET VOBIS. IN HOC CLARIFICATUS EST PATER MEUS UT FRUCTU PLURIMUM AFFERATIS. & EFFICIAMINI MEI DISCIPULI. SICUT DILEXIT ME PATER. & EGO DILEXI VOS. MANETE IN DILECTIONE MEA. SI PRECEPTA MEA SERUAUERITIS MANEBITIS IN DILECTIONE MEA. SICUT & EGO PATRIS MEI PRECEPTA SERUAUI & MA

neo meus dilectione. Hec locutus sum
uobis. ut gaudium meum in uobis sit. & gau
dium uestrum impleatur. In hoc ascē
Seq̄ s. ev. l. vcam.
In illo tempō. Dixit ihc discipulis suis. Ego
mittam promissum patris mei in uos. uos aut̄
sedete in ciuitate. quo adusq; induamini uir
tute exalto. Ad duxit autē eos foras in betha
niam. & eleuatis manibus suis benedixit eis.
Et factum est dum benediceret illis. recessit
abeis & ferebatur in celum. Et ipsi adoran
tes. regressi sunt in hierusalem cum gaudio
magno. Et erant semp in templo laudantes.
& benedicentes deum.
In illo tempō. Dixit Sci
ihc discipulis suis. Qui credit in me. non
credit in me sed in eum qui misit me. Et qui
uidet me. uidet eum qui misit me. Ego lux
in mundum uen. ut omnis qui credit in me
in tenebris non maneat. Et si quis audierit
uerba mea & non custodierit. ego non iudico
eum. Non enim uen ut iudicem mundum.
sed ut saluificem mundum. Qui spernit me
& non accipit uerba mea. habet qui iudicet
eum. Sermo quem locutus sum. ille iudi

cabit eum innouissimo die. quia ego exme
ipso nonsium locutus. sed qui misit me patet
ipse mihi mandatū dedit quid dicam &quid
loquar. Et scio quia mandatū eius uita ęter
na est. Quę ergo ego loquor. sicut dixit mi
hi pater sic loquor.

IN SABBATO PENT
COSDM IOHEM

In illo tpe. Dixit ihc discipl suis.
SI DILIGITIS ME MAN
data mea seruate. Et ego ro
gabo patrem. & alium paraclytum dabit
uobis. ut maneat uobiscum in æternum. spi
ritū ueritatis quem mundus non potest ac
cipere. quia non uidet eū nec scit eum. Vos
autē cognoscetis eum. quia apud uos ma
nebit & in uobis erit. Non relinquā uos
orphanos. ueniam ad uos. Adhuc modi
cum & mundus me iam non uidet. uos autē
uidetis me. quia ego uiuo & uos uiuetis.
In illo die uos cognoscetis. quia ego in patre
meo. & uos in me. & ego in uobis. Qui habet
mandata mea & seruat ea. ille est qui diligit
me. Qui autē diligit me. diligetur a patre
meo. Et ego diligam eū. & manifestabo ei me
ipsum.

SEQ·SEL·EC·S·IOHAN
NILLO ·I· OIX IHC DISC·SS·

IQVIS DILIGIT

ME SERMONE MEV SERVABIT·

Et pater meus diliget eum . et
ad eum uenemus . & mansi
onem apud eum faciemus .
Qui non diligit me . sermo
nes meos non seruat . Et ser
mo quem audistis non est meus . sed eius qui
misit me patris . Hec locutus sum uobis .
apud uos manens . Paraclytus autē spiri
tus sanctus quem mittet pater in nomine
meo . ille uos docebit omnia . & suggeret uo
bis omnia quecumq; dixero uo bis . Pacem
relinquo uobis . pacem meā da uobis . Non
quomodo mundus dat . ego do uobis . Non
turbetur cor uestrū . neq; formidet . Audi
stis quia dixi uobis . uado & uenio aduos .
Si diligeretis me gauderetis utiq; quia ua
do ad patrem . quia pater maior me est . Et
nunc dixi uobis priusquam fiat . ut cum fa
ctum fuerit credatis . Iam non multa loquar
uobiscum . uenit enim princeps mundi huius

&imme nonhabet quicquam . Sed ut cognoscat mundus quia diligo patrem . & sicut mandatum dedit mihi pater sic facio .

FERIA·II· SCM LOHEM

In illo temp̃. Dixit ihc discipulis suis.

Sic dilexit deus mundum . ut filium suum unigenitum daret . ut omnis qui credit in eum non pereat . sed habeat uitam aeternam . Non enim misit deus filium suum in mundum ut iudicet mundum . sed ut saluetur mundus ꝑ ipsum . Qui credit in eum non iudicatur . Qui aut̃ non credit iam iudicatus est . quia non credit in nomine unigeniti filii dei . Hoc est aut̃ iudicium quia lux uenit in mundum . & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem . Erant enim eorum mala opera . Omnis enim qui male agit odit lucem & non uenit ad lucem . ut non arguantur opera eius . Qui aut̃ facit ueritatem uenit ad lucem . ut manifestentur eius opera quia in deo sunt facta .

FERIA·III· SCM LOHEM·

In illo temp̃. Dixit ihc discipulis suis.

Amen amen dico uobis . qui non intrat per ostium in ouile ouium sed ascen

dñr aliunde . ille fur eſt & latro . Qui autē
intrat per ostium . pastor eſt ouium . Huic
ostiarius aperit . & oues uocem eius audiunt .
& proprias oues uocat nominatim & educit
eas . Et cum proprias oues emiserit ante eas
uadit . & oues illum sequuntur quia sciunt
uocem eius . Alienum autē non sequuntur
sed fugient ab eo . quia non nouerunt uocem
alienorum . Hoc prouerbium dixit eis ihc .
illi autē non cognouerunt quid loqueretur
eis . Dixit ergo eis iterum ihc . Amen amen
dico uobis . quia ego sum ostium ouium . Om
nes quotquot uenerunt fures sunt & latro
nes . sed non audierunt eos oues . Ego sum osti
um . per me si quis introierit saluabitur . in
gredietur & egredietur . & pascua inueniet .
Fur non uenit nisi ut furetur . & mactet et
perdat . Ego ueni ut uitam habeam . & ha
bundantius habeam . f̄ E R I A · III ·
S E Q̄ S C̄I E V̄ S C D̄M I O H̄E M
illo tēp̄ . Dixit ihc discipulis suis .
Nemo potest uenire ad me . nisi pater
qui misit me traxerit eum . & ego resu
scitabo eum in nouissimo die . Est scriptum
in prophetis . Et erunt omnes docibiles dei .

Omnis qui audiunt a patre & didicit. uenit
ad me. Non quia patrem uidit quisquã. nisi is
qui est adeo hic uidit patrem. Amen amen di
co uobis. qui credit in me habet uitam æternam.
Ego sum panis uitæ. Patres uestri manduca
uerunt manna in deserto. & mortui sunt.
Hic est panis de cælo descendens. ut si quis ex ip
so manducauerit non moriatur. Ego sum
panis uiuus. qui de cælo descendi. Si quis
manducauerit ex hoc pane. uiuet in æternũ.
Et panis quem ego dabo caro mea est. pro
mundi uita.

FERIA QVINTA.

In illo tẽp. Con SCŨM LVCAM.
uocatis ihc duodecim discipulis suis. dedit
illis uirtutẽ & potestatem sup omnia demo
nia. & ut languores curarent. Et misit
illos predicare regnum dei. & sanare infir
mos. Et ait illos. Nihil tuleritis in uia.
neq; uirgam. neq; peram. neq; panem. neq;
pecuniam. neq; duas tunicas habeatis. Et
in quamcumq; domum intraueritis ibi ma
nete. & inde ne exeatis. Et quicumq; non
receperint uos. exeuntes de ciuitate illa & ĩ
puluerem pedum uestrorũ excutite in testi
monium supra illos. Egressi autẽ circuibã

percastella euangelizantes. & curantes ubiq;.

fr̃ K·vi· Sc̈m lucam·

illo tẽp̃. Factum est imma
dierum. & ihc sedebat docens. & erant pha
risei sedentes & legis doctores. qui uenerant
ex omni castello galilee & iudee & hierusalẽ.
& uirtus erat dñi ad sanandum eos. & ecce
uiri portantes in lecto hominem qui erat pa
ralyticus. & querebant eum inferre & pone
re ante eum. & cum non inuenientes qua parte
illum inferrent pre turba. ascenderunt su
per tectum. & per tegulas summiserunt illũ
cum lecto in medium ante ihm̃. Q uorum
fidem ut uidit dixit. Homo. remittuntur
tibi peccata tua. & ceperunt cogitare scri
be & pharisei dicentes. Q uis est hic. qui lo
quitur blasphemias. Q uis potest dimitte
re peccata. nisi solus ds̃. Q ui cognouit autẽ
ihc cogitationes eorũ. respondens dixit ad
illos. Q uid cogitatis in cordibus uestris.
Q uid est facilius dicere dimittuntur tibi
peccata. an dicere surge & ambula. Q ut autẽ
sciatis quia filius hominis potestatem habe
at in terra dimittendi peccata. ait paralytico.
Tibi dico surge. tolle lectum tuum & uade

indomum tuam. Et confestim surgens coram illis. tulit lectum in quo iacebat. & abiit in domū suam magnificans deū. Et stupor apprehendit omnes. & magnificabant deū. Et repleti sunt timore dicentes. quia vidimus mirabilia hodie. SABBATO. SEQ SCI SEQ SCDM LVCAM. nullo tempō. Surgens inde de synagoga introiuit in domum symonis. Socrus autē symonis tenebatur magnis febribus. Et rogauerunt eum pro ea. Et stans sup illam imperauit febri. & dimisit eam. Et continuo surgens. ministrabat illis. Cum sol autē occidisset. omnes quihabebant infirmos variis languoribus. ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens. curabat eos. Exiebant autē & dā demonia a multis clamantia & dicentia. quia tu es filius dei. Et increpans non sinebat eos loqui. quia sciebant ipsum esse xpm. Facta autē die. egressus ibat in desertum locum. Et turbe requirebant eum & uenerunt usq; ad ipsū. & detinebant illum ne discederet abeis. Quibus ille ait. Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei

DOMIĨ PRIMA POST PENTĨ

Erat homo exphariseis nichod. Requrt

FR̃IIII. SCD̃M LVCAM.

illo temp̃. Dixit ihc discipulis suis.

Cum inducerit uos insy̓nagogas &ad magistratus &potestates. nolite sol liciti esse qualiter aut quid respondeatis. aut quid dicatis. Spiritus enī sanctus do cebit uos ipsa hora quę oportet dicere. An autē ei quidam deturba. Magister. dic fratri meo. ut diuidat mecum hereditatē. Atille dixit ei. Homo. quis me constitu it iudicem aut diuisorem inter uos. Dixitq; adillos. Videte &cauete abomni auari cia. quia non in habundantia cuiusquam uita eius est exhis quę possidet. Dixit autē similitudinem adillos dicens. Hominis cuiusdam diuitis uberes fructus ager attu lit. &cogitabat intra se dicens. Quid faci am. quod non habeo quo congregem fructus meos. Et dixit. Hoc faciam. destruam horrea mea &maiora faciam. &illuc con gregabo omnia quę nata sunt mihi &bona mea. &dicam animę meę. Anima. habes multa bona posita in annos plurimos. re

quiesce . comede . bibe . epulare . O uxit autē
illi deus . S tultē . hac nocte animam tuam
repetunt ate . quę autē parasti cuius erunt .
S ic est qui sibi thesaurizat . & non est in deū
diues .

In illo tempō . Feria vi Scdā Accesserunt ad eum quidam saduceorū qui negant esse resurrectionem . & interrogabant eum dicentes . Magister . moyses scripsit nobis . si frater alicuius mortuus fuerit habens uxorem . & hic sine filius fuerit . ut accipiat eam frater eius uxorem . & suscitet fratri suo semen . S eptem ergo fratres erant . & primus accepit uxorē . & ipse mortuus est sine filius . Et sequens accepit illam . & ipse mortuus est sine filio . Et tertius accepit illam . similiter & omnes septem & non reliquerunt semen . & mortui sunt . N ouissima omnium . mortua est et mulier . In resurrectione ergo . cuius eorum erit uxor . S iquidem septem habuerunt eam uxorem . Et ait illis ihc . F ilii huius seculi nubunt . & traduntur ad nuptias . Illi uero qui digni habebuntur seculo illo et resurrectione ex mortuis . neq; nubunt . neq; ducunt uxores . neq; eni ultra mori

poterunt. ℣ quales enim angeli sunt. &
filii sunt dei. cum sint filii resurrectionis.
Quia uero resurgant mortui. & moÿses
ostendit secus rubum sicut dixit. ℣ nm̃
dei abraham. & deũ ÿsaac. & deũ iacob.
℣ eus autẽ non est mortuorũ sed uiuorum.
omnes enĩ uiuunt ei. Respondentes autẽ
quidam scribarũ dixerunt. Magister.
bene dixisti. ℣ tamplius non audebant
eum quicquã interrogare.

In illo tẽp. ℣ dixit hãc di
scipulis suis parabolam hanc.
HOMO QVIDAM ERAT
ricus. & induebatur purpura
& bysso. & epulabatur cotti

die ſplendide. ☩ erat quidam mendicus nomine lazarus. qui iacebat adianuā eius ulceribus plenus. cupiens ſatiari demicis quę cadebant demensa diuitis. & nemo illi dabat. Sed & canes ueniebant. & lingebant ulcera eius. Factum est autē ut moreretur mendicus. & portaretur aban gelis in sinum abrahę. ☩ ortuus est autem & diues. & sepultus est in inferno. ☩ leuans autē oculos suos cum esset in tormentis. uidit abraham alonge. & lazarum in sinu eius. & ipse clamans dixit. Pater abraham miserere mei. & mitte lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquam. ut refrigeret linguam meam. quia crucior in hac flamma. ☩ dixit illi abraham. Fili recordare quia recepisti bona in uita tua. & lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur. tu uero cruciaris. ☩ inter nos & uos chaos magnum firmatum est. ut hi qui uolunt hinc transire ad uos non possint. neq; inde huc transmeare. ☩ tan. Rogo ergo te pater. ut mittas eum in domum patris mei. habeo enī quinq; fratres. ut testetur illis ne & ipsi ueniant

in locum hunc tormentorum. Et tamen illi
abraham. Habent moysen & prophetas.
audiant illos. Ille dixit. Non pater
abraham. sed si quis ex mortuis ierit ad
eos penitentiam agent. Ait autē illi.
Si moysen & prophetas non audiunt. neq;
si quis ex mortuis resurrexerit credent.

FERIA·III· SCM MATHEV.

In illo tempō. Dixit iēs discipulis suis.
Nolite putare quoniam uenī soluere le
gem aut prophetas. Non uenī soluere
sed adimplere. Amen quippe dico uo
bis. donec transeat cēlum & terra. iota
unum aut unus apex non preteribit a lege.
donec omnia fiant. Qui ergo soluerit
unum de mandatis istis minimis & docue
rit sic homines. minimus uocabitur in
regno cēlorum. Qui autē fecerit & docu
erit. hic magnus uocabitur in regno cae
lorum.

FERIA·VI· SCM LVCAM.

In illo tempō. Dixit iēs discipu
lis suis. Impossibile est ut non ueniant
scandala. uae autē illi per quem uenium.
Utilius est illi. si lapis molaris imponatur
collo eius & proiciatur in mare. quam ut

scandalibet unum depusillis istis. Adten
dite uobis. Si peccauerit frater tuus inte
pa illum . & si penitentiam egerit dimitte
illi . Et si septies indie peccauerit in te. &
septies indie conuersus fuerit dicens. peni
tet me. dimitte illi . Et dixerunt apostoli
dño . Et auge nobis fidem . Dixit autem
dñs. Si habueritis fidem sicut granum sina
pis. diceretis huic arbori . eradicare & trans
plantare in mare . & obediret uobis. Quis
autē uestrum habens seruum arantem aut
pascentem . qui regresso de agro dicet illi
statim . transi . recumbe . & non dicet ei. pa
ra quod cenem . & precinge te & ministra
mihi donec manducem & bibam . & post
hec tu manducabis & bibes. numquid gra
ciam habet seruo illi . quia fecit quę ei im
perauit . Non puto . Sic & uos cum fece
ritis omnia quę precepta sunt uobis dicite.
Serui inutiles sumus. quod debuimus fa
cere fecimus. DOMINĪ·III·
SEQVENTI SCI EV LVCAM·
In illo tempō. Dixit ihc discipulis suis si
militudinem hanc . Ho mo quidam fecit
cenam magnā . & uocauit multos. Et mi

ſit ſeruum ſuum hora cene dicere inuita
tis inuenirent . quia iam parata ſunt
omnia . Et ceperunt ſimul omnes excu
ſare . Primus dixit illi . Villam emi . et
neceſſe habeo exire & uidere illam . rogo
te habe me excuſatum . Et alter dixit .
Iuga boum emi quinq; & eo probare illa .
rogo te habe excuſatum me . Et alius
dixit . Vxorem duxi . & ideo non poſſum
uenire . Et reuerſus ſeruus . nuntiauit
hec dño ſuo . Tunc iratus pater familias .
dixit ſeruo ſuo . Et exi cito in plateas & ui
cos ciuitatis . & pauperes ac debiles & ce
cos & claudos introduc huc . Et ait ſer
uus . Domine . factum eſt ut imperaſti . et
adhuc locus eſt . Et ait dñs ſeruo . Exi
in uias & ſepes & compelle intrare . ut im
pleatur domus mea . Dico autem uobis .
quod nemo uirorum illorum qui uocati
ſunt guſtabit cenam meam .

FERIA IIII. SCDM LVCAM .

In illo tempore . Accedentes diſcipuli ad
ihm dixerunt ei . Omitte turbas . ut
euntes in caſtella uillaſq; que circa ſunt
diuertant & inueniant eſcas . quia in lo

co hic deserto sumus. Aet aiē adillos.
Date illis uos manducare. Illi dixe
runt. Nonsunt nobis plus quam quinq;
panes & duo pisces. nisi forte nos eamus.
& emamus inomnem hanc turbam escas.
Erant aiē uiri. fere quinq; milia.
Et aiē addiscipulos suos. Facite illos
discumbere percontuma quinquagenos.
Ftta fecerunt. & discumbere fecerun
omnes. Acceptis aiē ihc quinq; pan
bus & duobus piscibus respexit incelum.
& benedixit illis & fregit. & distribuit
discipulis suis inponerent aiē turbas.
Et manducauerunt omnes. & saturati
sunt. FER. VI. SEQVENT. S.E.
Illo tmp. Venit adihm Slocam
uir cui nomen iayrus. & ipse princeps
synagoge erat. Et cecidit adpedes ihu.
rogans eum ut intraret indomum eius.
quia filia unica erat illi fere annorum
duodecim. & hec moriebatur. Et con
tigit dum iret. aturbis comprimebatur.
Et mulier quedam influxu sanguinis
erat abannis duodecim. que inmedicos
erogauerat omnem substantiam suam.

nec abillo potuit curari. Accessit retro.
& tetigit fimbriam uestimenti eius. et
confestim stetit fluxus sanguinis eius.
Et ait ihc. Quis est qui me tetigit.
Negantibus aut omnibus. dixit petrus
& qui cum illo erant. Preceptor. turbe te
comprimunt & affligunt. & dicis. quis me
tetigit. Et dixit ihc. Tetigit me aliquis.
nam ego noui uirtutem deme exisse. Videns
aut mulier quia non latuit. tremens ue
nit & procidit ante pedes illius. & obquam
causam tetigerit eum indicauit coram
omni populo. & quemadmodum confestim
sanata sit. Et ipse dixit illi. Filia. fides
tua te saluam fecit. uade in pace. Adhuc
illo loquente. uenit quidam ad principem
synagoge dicens ei. Quia mortua est pu
ella. noli uexare illum. Ihc aut audito
hoc uerbo. respondit patri puelle. Noli
timere. crede tantum & salua erit. Et cum
uenisset & addomum. non permisit intrare
secum quemquam nisi petrum & iohannem.
& iacobum. & patrem & matrem puelle.
Flebant aut omnes. & plangebant illam.
Ille dixit. Nolite flere. non est mortua

sed dormit. Et deridebant eum. scientes
quia esset mortua. Ipse autē tenens ma
num eius. clamauit dicens. Puella. tibi
dico surge. Et reuersus est spiritus eius.
et surrexit continuo. et iussit illi dari man
ducare. Et stupuerunt parentes eius.
Quibus precepit. ne alicui dicerent quod
factum fuerat. SABBATO scdm
Egredi nullo temp̄. Sc̄dm dominicā.
ente ihū abhiericho. secuta est eum turba
multa. Et ecce duo cęci sedentes secus uiā
audierunt quia ihc̄ transiret. et clama
uerunt dicentes. Oně miserere nostri.
fili dauid. Turba autē increpabat eos
ut taceret. At illi magis ac magis cla
mabant dicentes. Oně miserere nostri.
fili dauid. Et stetit ihc̄. et uocauit eos
et ait. Quid uultis ut faciam uobis.
Dicunt illi. Dně. ut aperiantur ocu
li nostri. Miserius autē eorū ihc̄. tetī
git oculos eorum. et confestim uiderunt.
et secuti sunt eum. DOMINICA QUARTA
SEQ SCI EC SCDM LUCAM.
Nillo temp̄. Et iam appropinquan
tes adhūm publicani et peccatores ut au

dirent illum . Et murmurabant pharisei
illo tẽp̃. Loquebatur d̃ ihs̃.
hic cum discipulis suis inparabolis dicens.
Simile factum est regnum celorũ homi
ni regi. qui fecit nuptias filio suo.
Et misit seruos suos uocare inuitatos ad
nuptias. & nolebant uenire. Iterum mi
sit alios seruos dicens. Dicite inuitatis.
ecce prandium meum paraui. tauri mei
& altilia occisa sunt. & omnia parata. ue
nite ad nuptias. Illi aut̃ negligentes.
& abierunt alius in villam suã. alius uero
ad negotiationẽ suam. Reliqui uero tenu
erunt seruos eius. & contumelia affectos
occiderunt. Rex aut̃ cum audisset iratus
est. & missis exercitibus suis pdidit homi
cidas illos. & ciuitatem illorum succendit.
Tunc ait seruis suis. Nuptiæ quidem pa
ratæ sunt. sed qui inuitati erant non fue
runt digni. Ite ergo ad exitus uiarum.
& quoscumq; inueneritis uocate ad nup
tias. Et egressi serui eius in uias. congre

gauerunt omnes quos inuenerunt malos
& bonos : & impleta sunt nuptie discumben
tium . Intrauit autē rex ut uideret discum
bentes : & uidit ibi hominem non uestitum
ueste nuptiali . & ait illi . Amice : quomo
do huc intrasti . non habens uestem nupti
alem : At ille obmutuit . Tunc dicit rex
ministris . Ligatis pedibus eius & manibus
mittite eum in tenebras exteriores . ibi erit
fletus & stridor dentium . Multi enim sunt
uocati . pauci uero electi . FERIA·III·
in illo tempō . SEQ̄·S·E·S·LVCAM·

Dicebat ihc admutatos parabolam .
intendens quomodo primos accu
bitus eligerent dicens ad illos . Cummu
tatus fueris ad nuptias non discumbas in
primo loco . ne forte honoratior te sit mu
tatus a beo . & ueniens is qui te muntaun
dicat tibi . O adhuc locum . Et tunc inci
pias cum rubore nouissimum locum tene
re . Sed cum uocatus fueris . uade & re
cumbe in nouissimo loco . ut cum uenerit
qui te muntaun dicat tibi . Amice . ascen
de superius . Tunc erit tibi gloria coram
simul discumbentibus . Quia omnis qui

Ise exaltat humiliabitur. & qui se humi
liat exaltabitur.
Illo tempꝰ. Dixit
ihc discipulis suis. Beati eritis cum
uos oderint homines: & cum separauerint
uos & exprobrauerint. & eiecerint nomen
uestrum tamquam malum propter filium
hominis. Gaudete illa die & exultate.
ecce enim merces uestra multa est in celo.
Secundum hec enim faciebant prophetis
patres eorum. Verumtamen ue uobis
diuitibus. qui habetis consolationem ue
stram. Vae uobis qui saturati estis. quia
esurietis. Vae uobis qui ridetis nunc, quia
lugebitis & flebitis. Vae cum bene uobis
dixerint omnes homines. Secundum haec
enim faciebant pseudo prophetis patres eorū.
Sed uobis dico qui auditis. diligite inimi
cos uestros. benefacite eis qui uos oderunt.
Benedicite maledicentibus uobis. & orate
pro calumniantibus uobis. Et qui percutit
te in maxillam. prebe ei & alteram. Et ab
eo qui aufert tibi uestimentū. & iam tuni
cam noli prohibere. Omni autē petenti
te tribue. & qui aufert quę tua sunt ne ite

petas. Et proinde uultis ut faciam uobis homi
nes. & uos illis facite similiter. Et si diligitis
eos qui uos diligunt. quę uobis est gracia?
Nam & peccatores diligentes se diligunt.
Et si bene feceritis his qui uobis benefaciunt.
quę uobis est gracia? Siquidem & peccatores
hoc faciunt. Et si mutuum dederitis his aqui
bus speratis recipere. quę gracia est uobis?
Nam & peccatores peccatoribus fenerantur
ut recipiant equalia. Uerumtamen diligi
te inimicos uestros & benefacite. & mutuū
date nihil inde speantes. Et erit merces
uestra multa nimis. Dñi xxvii
Sequentis sancti ihesu dñi iohannis.

In illo tempore. Erat quidam regulus. cu
ius filius infirmabatur capharnaum. Hic
cum audisset quia ihc aduenisset a iudea
in galileam. abiit ad eum & rogabat eum
ut descenderet. & sanaret filium eius. Inci
piebat enim mori. Dixit ergo ihc ad eum.
Nisi signa & prodigia uideritis. non credi
tis. Dicit ad eum regulus. Dne descende.
priusquam moriatur filius meus. Dicit
ei ihc. Uade. filius tuus uiuit. Credidit
homo sermoni quem dixit ei ihc. & ibat.

Iam autē eo descendente seruꝰ occurrerunt
ei . & nunciauerunt dicentes . quia filius
eius uiueret . Interrogabat ergo horam ab
eis . inqua melius habuerit . Et dixerunt
ei . Quia heri hora septima reliquit eum
febris . Cognouit ergo pater quia illa ho
ra erat . inqua dixit ei ihē filius tuus uiuit .
Et credidit ipse . & domus eius tota .

FERIA·III· SECVNDA·

Nillo tempō . Factum est cum intraret
ihē in sȳnagogam & doceret . & erat ibi ho
mo . & manus eius dextera erat arida .
Obseruabant autē scribę & pharisei si in sab
bato curaret . ut inuenirent unde accusa
rent eum . Ipse uero sciebat cogitationes
eorum . & ait homini qui habebat manū
aridam . Surge . & sta in medium . Et sur
gens stetit . Ait autē ad illos ihē . Interro
go uos . si licet sabbato benefacere an male .
animam saluam facere an perdere ? Et cir
cumspectis omnibus illis . dixit homini .
Extende manum tuam . Et extendit . et
restituta est illi manus . Illi autē repleti
sunt insipientia . & colloquebantur ad in
uicem . quid nam facerent de ihū .

FERIA·VI· S·S·E·S· MATHEC.

Illo temp. Cum uenisset ihc in domu petri. uidit socrum eius iacentem & febri citantem. Et tetigit manum eius. & dimisit eam febris. Et surrexit. & ministrabat ei. Vespere autē facto. obtulerunt ei multos demonia habentes. Et eiciebat spiritus uerbo. & omnes male habentes curauit. ut adimpleretur quod dictum est per esaiam prophetam dicentem. Ipse infirmitates nostras accepit. & egrotationes portauit

DOMI·XXIII· S·S·E·S· MATH

Illo temp. Dixit ihc discipulis suis similitudinem hanc. Simile est regnum celorum homini regi. qui uoluit rationē ponere cum seruis suis. Et cum cepisset rationem ponere. oblatus est ei unus qui debebat decem milia talenta. Cum autē non haberet unde redderet. iussit eum dominus eius uenundari. & uxorem eius & filios. & omnia quę habebat & reddi. Procidens autē seruus ille. rogabat eum dicens. Patientiam habe in me. & omnia reddam tibi. Misertus autē dns serui illius dimisit eum. & debitum dimisit ei. Egressus autē

seruus ille inuenit unum de conseruis suis.
qui debebat ei centum denarios. & tenens
suffocabat eum dicens. Redde quod debes.
Et procidens conseruus eius. rogabat eum
dicens. Patientiam habe in me. & omnia
reddam tibi. Ille autē noluit. sed abiit & mi
sit eum in carcerem. donec redderet debitū.
Videntes autē conserui eius quę fiebant.
contristati sunt ualde. Et uenerunt. &
narrauerunt domino suo omnia quę facta
fuerant. Tunc illum uocauit dominus su
us. & ait illi. Serue nequam. omne debitū
dimisi tibi quoniam rogasti me. Nonne er
go oportuit & te misereri conserui tui. sicut
& ego tui misertus sum? Et iratus dns eius.
tradidit eum tortoribus. quo adusq; redde
ret uniuersum debitum. Sic & pater me
us celestis faciet uobis. si non remiserit unus
quisq; fratri suo de cordibus uestris.

FERIA IIII. S. S. E. S. MARCIANI.
In illo tpe. Dixit ihc discipulis suis.
Habete fidem dei. Amen dico uobis.
quia si quis monti dixerit hinc. tol
lere & mittere in mare. & non hesitauerit
in corde suo. sed crediderit quia quodcūq;

dixerit fiat . fiet ei . Propterea dico uobis.
omnia quecumq; orantes petitis . credite
quia accipietis . & uenient uobis. Et cum
stabitis adorandum . dimittite si quid habe
tis aduersus aliquem . ut pater uester qui
in celis est dimittat uobis peccata uestra .
Quod si uos non dimiseritis . nec pater ue
ster qui in celis est dimittet uobis peccata
uestra . Do. xxiii. S. S. E. S
In illo tempo . Abeuntes pha
risei consilium inierunt ut caperent ihm in
sermone . Et mittunt ei discipulos suos cu
herodianis dicentes . Magister . scimus
quia uerax es . & uiam dei in ueritate do
ces . & non est tibi cura de aliquo . Non enim
respicis personam hominum . Dic ergo
nobis . quid tibi uidetur . Licet censum
dari cesari an non . Cognita aute ihc ne
quitia eorum ait . Quid me temptatis ypo
critę . Ostendite mihi nomisma census .
At illi obtulerunt ei denarium . Cuius
illis ihc . Cuius est imago haec & superscrip
tio . Dicunt ei . Cesaris . Tunc ait illis .
Reddite ergo quę sunt cesaris cesari . et
quę sunt dei deo . FERIA QUARTA .

SEQVENTI SCI·EV·S·MATHEV.

In illo tempo. Cumueniſſet ihc & diſcipuli eius capharnaum. acceſſerunt qui didragma accipiebant adpetrum. & dixerunt ei. Magiſter ueſter nonſoluit didragma? Dit. Etiam. Et cum introiſſet indomu. preuenit eum ihc dicens. Quid tibi uidetur ſimon? Regeſterre. aquibus accipiunt tributum uel cenſum? A filiis ſuis. an ab alienis? A tille dixit. A balienis. Dicit illi ihc. Ergo liberi ſunt filii. Vt autem nonſcandalizemus eos. uade admare & mitte hamum. & eum piſcem qui primus aſcenderit tolle. Et aperto ore eius. inuenies ſtaterem. Illum ſumens. da eis prome & te.

FERIA·VI· S·S·E·S· MARCVM·

In illo tempo. Conuenerunt adihm pharisei. & quidam deſcribis uenientes abhieroſolimis. Et cum uidiſſent quoſdam exdiſcipulis eius cōmunibus manibus. id eſt nonlotis manibus manducare panes. uituperauerunt eos. Pharisei enī & omnes iudei. niſi crebro lauerint manus nonmanducant. tenentes traditionem ſenorum. Et a foro niſi baptizentur noncomedunt.

Et alia multa sunt . quę tradita sunt illis
seruare .baptismata calicum . & urceorum .
& eramentorum . & lectorum . Et interro
gabant eum scribę & pharisei dicentes.
Quare discipuli tui non ambulant iuxta
traditionem seniorum . sed communibus
manibus manducant panem ? At ille re
spondens dixit eis. Bene prophetauit
de uobis hypocritis esaias. sicut scriptum
est. Populus hic labiis me honorat . cor au
tem eorum longe est a me . Inuanum aut̃
me colunt . docentes doctrinas & mandata
hominum . Relinquentes enim mandata
dei . tenetis traditionem hominum .

In illo tẽp . Loquente ih̃u adturbas.
ecce princeps unus accessit & adorabat eũ
dicens. O omine . filia mea modo defun
cta est . sed ueni impone manum tuam su
per eam & uiuet. Et surgens ih̃c sequeba
tur eum & discipuli eius . Et ecce mulier
que sanguinis fluxum patiebatur duode
cim annis. accessit retro & tetigit fimbri
am uestimenti eius. Dicebat enim intra
se. Si tetigero tantum uestimentũ eius.

salua ero . ¶ Atihc conuersus & uidens eam
dixit . Confide filia . fides tua te saluam
fecit . Et salua facta est mulier exilla hora .
FERIA·IIII· S Q̄ sci ih̄u scūm Marcū
Nillo temp̄ . Interrogauit ih̄m unus de
scribis . quod esset primum omnium man
datum . Ihc autē respondit ei . Quia pri
mum omnium mandatum est . audi isra
hel . dominus deus tuus deus unus est . Et
diliges dominū deum tuum extoto corde
tuo . & extota anima tua . & extota mente
tua . & extota uirtute tua . hoc est primū
mandatum . Secundum autē simile est
illi . Non alius horum aliud mandatum non
est . Et ait illi scriba . Bene magister in
ueritate dixisti . quia unus est . & non est
alius preter eum . Et ut diligatur extoto
corde . & extoto intellectu . & extota ani
ma . & extota fortitudine . & diligere pro
ximum tamquā seipsum . maius est om
nibus holocaustomatibus & sacrificiis .
Ihc autē uidens quod sapienter respon
disset . dixit illi . Non es longe a regno
dei . FERIA·VI· SEQ̄ S·E·S· Marcū
Nillo temp̄ . Uenit ihc inpatriam ·

suam . & sequebantur eum discipuli eius.
Et cepit sabbatis in synagoga docere.
Et multi audientes. admirati sunt in
doctrina eius dicentes. Vnde huic haec
omnia? Atque est sapientia quę data
est illi . & uirtutes tales quę per manus
eius efficiuntur? Nonne hic est faber
filius marię . frater iacobi . & ioseph . et
iudę . & symonis? Nonne & sorores
eius hic nobiscum sunt? Et scandaliza
bantur in illo . Et dicebat eis ihc. Quia
non est propheta sine honore . nisi in pa
tria sua . & in cognatione sua . & in do
mo sua . Et non poterat ibi uirtutem
ullam facere . nisi paucos infirmos im
positis manibus curauit . Et miraba
tur propter incredulitatem illorum.

DOM̄. V. ANTE ADUENTV̄ VHI. S. S. E. S. LOH̄

In illo temp̄. Cum subleuasset oculos
Req̄ immedia quadragesima p̄ v. uersū.

FERIA. IIII. S. S. E. S. MATHEVM

In illo temp̄. Videns ihc turbas mul
tas circa se . iussit ire transfretum . Et
accedens unus scriba ait illi . Magister.
sequar te quocunq; ieris. Et dicit ei

ihc. Vulpes foueas habent & uolucres celi
nidos. filius aute hominis nonhabet ubi
capit suum reclinet. Alius aute dediscipu
lis eius ait illi. Domine permitte me pri
mum ire. & sepelire patrem meum. Ihc
aute ait illi. Sequere me. & dimitte mor
tuos sepelire mortuos suos. FERIA·VI·
Nillo tempo. SEQ SCI EV SCDM LOCAM·
Dixit adihm quidam de turba. Magi
ster dic fratri meo. ut diuidat mecu
hereditatem. At ille dixit ei. Homo quis
me constituit iudicem aut diuisorem supra
uos? Dixitq; adillos. Videte & cauete
abomni auaricia. quia nonhabu
cuiusquam uita eius est exhis que possidet.
Dixit aute similitudine adillos dicens.
Hominis cuiusquam diuitis uberes fruc
tus ager attulit. & cogitabat intra se di
cens. Quid faciam. quod nonhabeo quo
congregem fructus meos? Et dixit. Hoc
faciam. Destruam horrea mea & maio
ra faciam. & illuc congregabo omnia que
nata sunt mihi. & bona mea. & dicam
anime mee. Anima. habes multa bona
posita in annos plurimos. Requiesce. co

mede .bibe . epulare. Dixit autē illi deus.
Stulte . hac nocte animam tuam repetunt
a te . quę autē parasti cuius erunt. Sic est
qui sibi thesaurizat . & non est in deū diues.

DOM·III·ANTE NAT DNI.
SEQ·S·E·SCI MATH.

CUM ADPPIN
QUASSENT HIE
ROSOLIMIS
ET UENISSENT
betfage ad montem oliueti.
tunc ihc misit duos discipulos dicens eis. Ite in castellum quod contra uos est. & statim inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea. soluite & adducite mihi. Et si quis uobis aliquid dixerit. dicite quia dns his opus habet. & confestim dimittet eos. Hoc autem factum est. ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem. Dicite filię syon. ecce rex tuus uenit tibi mansuetus. sedens sup asinam & pullum filium subiugalis. Euntes autē di

scipuli fecerunt sicut precepit illis ihc.
Et adduxerunt asinam & pullum. & im
posuerunt sup eos uestimenta sua. & eū
desuper sedere fecerunt. Plurima autem
turba. strauerunt uestimenta sua in uia.
Alii autē cedebant ramos de arboribus.
& sternebant in uia. Turbę autē quę pre
cedebant & quę sequebantur. clamabant
dicentes. Osanna filio dauid. benedic
tus qui uenturus est in nomine domini.
f'r k̄ · iiii · Ss · e · s · Mathei
In illo tēp̄. Venit iohannes baptista.
predicans in deserto iudeę dicens. Pe
nitentiam agite. appropinquabit enim regnū
celorum. Hic est enī. qui dictus est per
esaiam prophetam dicentem. Vox claman
tis in deserto. parate uiam dn̄i. rectas fa
cite semitas eius. Ipse autē iohannes ha
bebat uestimentum de pilis camelorum.
& zonam pellicam circa lumbos eius. Et
ca autē eius erat locusta & mel siluestre.
Tunc exiebat ad eum hierosolima & om
nis iudea. & omnis regio circa iordanen.
Et baptizabantur in iordane abeo. con
fitentes peccata sua. f'eria Sexta.

Illo tẽp. Dicebat Scã Lucã.
Iohannes adturbas. quę exiebant utbap
tizarentur abeo. Genimina uiperarum.
quis ostendit uobis fugere auemura ira?
Facite ergo fructus dignos penitentię.
Et ne cepertis dicere. patrem habemus
abraham. Dico eñ uobis. quia potens est
deus delapidibus istis suscitare filios abra
hae. Nam eñ securis adradicem arborum
posita est. Omnis ergo arbor nonfaciens
fructum bonum excidetur. & imigniem
mittetur. Et interrogabant eum turbę
dicentes. Quid ergo faciemus? Respon
dens autẽ dicebat illis. Qui habet duas
tunicas. det nonhabenti. Et qui habet
escas. similiter faciat. Venerum autẽ et
publicani utbaptizarentur. & dixerum
adillum. Magister. quid faciemus? At
ille dixit adillos. Nihil amplius quam
constitutum est uobis faciatis. Interroga
bant eum & milites dicentes. Quid facie
mus & nos? Et ait illis. Neminem concu
tiatis neq; calumniam faciatis. & contem
ti estote stipendiis uestris. Existimante
autẽ populo. & cogitantibus omnibus in

cordibus suis de iohanne. ne forte ipse esset
xpc. respondit iohannes dicens omnibus.
Ego quidem aqua baptizo uos. uenit
autē fortior me. cuius non sum dignus
soluere corrigiam calciamentorum eius.
Ipse autē baptizabit in spiritu scō & igni.
Cuius uentilabrum in manu eius. & pur
gabit aream suam. & congregabit tri
cum in horreum suum. paleas autē com bu
ret igni inextinguibili. Multa quidem
& alia exhortans euangelizabat populū.

Dominica iii. aduentus dni. Sc dm

In illo tempō. Dixit ihc dis ci pulis suis. Erunt signa in sole & luna
& stellis. & in terris pressura gentium.
pre confusione sonitus maris & fluctuum.
Arescentibus hominibus pre timore et
expectatione que supuenient uniuerso
orbi. Nam uirtutes celorum mouebun
tur. Et tunc uidebunt filium hominis
uenientem in nube. cum potestate magna
& maiestate. Hec autē fieri incipientibus respicite & leuate capita uestra.
quoniam appropinquat redemptio ue
stra. Et dixit illis similitudinem. Vide

te ficulneam & omnes arbores. cum produ
cunt iam ex se fructum. scitis quoniam pro
pe est estas. Ita & uos cum uideritis haec
fieri. scitote quoniam prope est regnum
dei. Amen dico uobis. quoniam non prae
teribit generatio haec. donec omnia fiam.
Celum & terra transibunt. uerba autem
mea non transibunt. FERIA IIII.
Nillo temp. Dixit Scm Matheū.
ihc turbis & discipulis suis. Amen di
co uobis. non surrexit inter natos mulierū.
maior iohanne baptista. Qui aut minor
est in regno celorum. maior est illo. A di
ebus aut iohannis baptistę usq; nunc. reg
num celorum uim patitur. & uiolenti ra
piunt illud. Omnes enī prophetę & lex.
usq; ad iohannem prophetauerunt. Et si
uultis recipere. ipse est helias qui uentu
rus est. Qui habet aures audiendi. au
diat.
Nillo temp. Dixit ihc discipulis suis.
Ite. ecce ego mitto uos. sicut agnos inter
lupos. Nolite ergo portare sacculum.
neq; peram. neq; calciamenta. & nemi
nem p uiam salutaueritis. In quamcūq;

domum intraueritis. primum dicite. Pax
huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis. re
quiescet sup illam pax uestra. Si autem.
aduos reuertetur. In eadem aute domo
manete. edentes & bibentes quę apud illos
sunt. Dignus est enī operarius mercede
sua. Nolite transire de domo in domum.
Et in quamcumq; ciuitatem intraueritis
& susceperint uos. manducate quę appo
nunt uobis. & curate infirmos qui in
illa sunt. & dicite eis. Appropinquabit
uobis. regnum dei. In quamcumq; ciui
tatem intraueritis & non receperint uos.
exeuntes in plateas eius dicite. Etiam
pulueren qui adhesit nobis de ciuitate
uestra extergemus uobis. Uerumtamen hoc
scitote. quia appropinquabit regnum
dei. DOM̃ CIU. ANTE NAT̃ DN̄I.
In illo tēp̄. Cum Sc̃m Ioh̃m
audisset iohannes in uinculis opera xpi.
mittens duos de discipulis suis ait illi.
Tu es qui uenturus es. an alium expec
tamus? Et respondens ihc ait illis. Eun
tes renuntiate iohanni. que audistis et
uidistis. Ceci uident. claudi ambulant.

leprosi mundantur. Surdi audiunt. mor
tui resurgunt. pauperes euangelizantur.
Et beatus est. qui non fuerit scandalizatus
in me. Illis autem abeuntibus. cepit ihc di
cere ad turbas de iohanne. Quid existis in
desertum uidere? Arundinem uento
agitatam? Sed quid existis uidere? ho
minem mollibus uestitum? Ecce qui mol
libus uestiuntur. in domibus regum sum.
Sed quid existis uidere? Prophetam?
Etiam dico uobis. & plusquam propheta.
Hic est enim. de quo scriptum est. Ecce
ego mitto angelum meum ante faciem
tuam. qui preparabit uiam tuã ante te.

F E K·III· Sc̃o matheo.

In illo tẽp. Missus est angelus
gabriel adciuitatem galilee cui no
men nazareth. ad uirginem desponsatam
uiro cui nomen erat ioseph. de domo da
uid. & nomen uirginis maria. Et ingres
sus angelus ad eam dixit. Ave
gracia plena. dominus tecum. benedicta
tu in mulieribus. Que cum audisset tur
bata est in sermone eius. & cogitabat qua
lis esset ista salutatio. Et ait angelus ei.

Ne timeas maria . inuenisti enim graciam
apud deum . Ecce concipies in utero & pa
ries filium . & uocabis nomen eius ihm̄ .
Hic erit magnus . & filius altissimi uoca
bitur . Et dabit illi dominus ds̄ sedem da
uid patris eius . & regnabit in domo iacob
in æternum . & regni eius non erit finis .
Dixit aut̄ maria ad angelum . Quomo
do fiet istud quoniam uirum non cogno
sco . Et respondens angelus dixit ei . Spi
ritus sanctus supuenet in te . & uirtus al
tissimi obumbrabit tibi . Ideoq; & quod
nascetur ex te sanctum uocabitur filius
dei . Et ecce elisabeth cognata tua . & ip
sa concepit in senectute sua . Et hic men
sis est sextus illi . que uocatur sterilis .
quia non erit impossibile apud deum om
ne uerbum . Dixit aut̄ maria . Ecce an
cilla domini . fiat mihi secundum uerbum
tuum . f̄ FERIA SEXTA .
Surgens Scd̄m lucam .
maria in diebus illis . abiit in mon
tana cum festinatione in ciuitatem iuda .
& intrauit in domum zacharie . & salu
tauit elisabeth . Et factum est ut audiuit

salutationem marię elisabeth . exultauit
infans in utero eius. ℭ et repleta est spiritu
sancto elisabeth . & exclamauit uoce mag
na & dixit . Benedicta tu in mulieres.
& benedictus fructus uentris tui . ℭ unde
hoc mihi . ut ueniat mater domini mei ad
me? ℭ ecce enī ut facta est uox salutationis
tuę in auribus meis . exultauit in gaudio
infans in utero meo . ℭ et beata quę credidi
sti . quoniam perficientur ea que dicta sunt
tibi a domino . ℭ et ait maria . Magnificat
anima mea dominū . & exultauit spiritus
meus in deo salutari meo . Sabb̄ in xii lect̄

Seq̄ sc̄i ev̄ sc̄d̄m lucam.

Anno quintodecimo imperii tyberii
cesaris . procurante pontio pilato
iudeam . de tetrarcha autem galileę herode.
philippo aut̄ fratre eius tetrarcha ituręę
& diacontidis regionis . & lisania abilinę
tetrarcha . sub principibus sacerdotum an
na & caipha . factum est uerbum domini
sup iohannem zacharię filium in deserto .
ℭ et uenit in omnem regionem iordanis . pre
dicans baptismū penitentię in remissionem
peccatorum . sicut scriptum est in libro ser

monumiesaię prophetę. Vox clamantis
indeserto. parate uiam dñi. rectas facite
semitas dei nostri: Omnis uallis implebi
tur: & omnis mons & collis humiliabitur.
& erunt prana in directa. & aspera in uias
planas. Et uidebit omnis caro. salutare
dei. Dñs
Nillo tempꝰ. Miserunt iudei S. Iohēm
abhierosolimis sacerdotes & leuitas adio
hannem. ut interrogarent eum. Tu quis
es. Et confessus est. & non negauit. Et con
fessus est. quia non sum ego xp̄c. Et inter
rogauerunt eum. Quid ergo? Helias estu?
Et dicit. Non sum. Propheta estu? Et re
spondit. Non. Dixerunt ergo ei. Quis es.
ut responsum demus his qui miserunt nos.
quid dicis de te ipso? Ait. Ego uox cla
mantis in deserto. dirigite uiam domini.
sicut dixit esaias propheta. Et qui missi
fuerant. erant ex phariseis. Et interro
gauerunt eum. & dixerunt ei. Quid
ergo baptizas si tu nones xp̄c. neq; heli
as. neq; propheta? Respondit eis iohan
nes dicens. Ego baptizo in aqua. medi
us autē uestrum stetit. quem uos nesci

tus. Ipse est qui post me uenturus est. qui
ante me factus est. Cuius ego nonsum
dignus. ut soluam eius corrigiam calcia
menti. Haec in bethania facta sunt trans
iordanen. ubi erat iohannes baptizans.

In illo tempō. Sequēti die iterum stabat iohannes testimonium per
hibet de domino. & clamabat dicens. Hic
erat quem dixi. qui post me uenturus est.
ante me factus est. quia prior me erat.
Et de plenitudine eius nos omnes accepi
mus. & gratiam pro gratia. Quia lex per
moysen data est. gratia & ueritas per ihm
xpm facta est. Deum nemo uidit umquā.
Unigenitus filius qui est in sinu patris.
ipse enarrauit.

In illo tempō. Stabat iohannes.
& ex discipulis eius duo. Et respiciens
ihm ambulantē dicit. Ecce agnus dei.
Et audierunt eum duo discipuli io

quentem . & secuti sum ihm̃ . Conuersus
autẽ ihc̃ . & uidens eos sequentes se dicit eis.
Quid quæritis? Qui dixerunt ei . Rab
bi . quod dicitur interpretatũ magister .
ubi habitas? Dicit eis. Venite & uidete.
Uenerunt & uiderunt ubi maneret . et
apud eum manserunt die illa . Hora au
tem erat quasi decima . Erat autẽ andreas
frater symonis petri . unus exduobus qui
audierant abiohanne & secuti fuerant ev̄.
Inuenit hic primum fratrem suum symonẽ
& dicit ei . Inuenimus messiam . quod est
interpretatum xp̄c . Et adduxit eum ad
ihm̃ . Intuitus autẽ eum ihc̃ dixit. Tu es
symon filius iohanna . tu uocaberis cephas
quod interpretatur petrus. Inerastinum
uoluit ire ingalileam . & inuenit philip
pum . & dicit ei ihc̃ . Sequere me . Erat
autẽ philippus abethsaida ciuitate an
dree & petri . Inuenit philippus natha
nael & dicit ei . Quemscripsit moyses in
lege & prophetæ . inuenimus ihm̃ filium
ioseph anazareth . Et dixit ei nathanael.
Et . nazareth potest aliquid bonum esse?
Dicit ei philippus. Uenи & uide . Vi

dit ihc nathanael uenientem adse. & dicit
de eo. Ecce uere israelita. in quo dolus non
est. Dicit ei nathanahel. Vnde me nosti.
Respondit ihc & dixit ei. Priusquam te
philippus uocaret cum esses sub ficu uidi te.
Respondit ei nathanahel & ait. Rabbi.
tues filius dei. tues rex israhel. Respondit
ihc & dixit ei. Quia dixi tibi uidi te sub
ficu credis. maius his uidebis. Et dicit ei.
Amen amen dico uobis. uidebitis celum
apertum. & angelos dei descendentes et
ascendentes supra filium hominis.

In die scō. Seq. s. s. Mathei.

In illo tempō. Ambulans ihc iuxta
mare galileę. uidit duos fratres. symonē
qui uocatur petrus. & andream fratrem
eius mittentes rete in mare. Erant enim
piscatores. Et dixit illis. Uenite post me.
& faciam uos fieri piscatores hominum.

Illi continuo relictis retibus secuti sunt eum. Et cum processisset inde uidit alios duos fratres iacobum zebedei. & iohannem fratrem eius in naui. cum zebedeo patre eorum reficientes retia sua & uocauit eos. Illi autem relictis retibus & patre. secuti sunt eum.

Req̃ Homo quidam peregre Req̃ Innat̃ fac̃.

Quinos audit. Req̃ Innat̃ unus mart

Vigilate quia Req̃ Innat̃ facet.

Simile est regnum celorum thes. R' Innat̃ urg̃.

Descendit hic demonia. R' Innat̃ plurimos sc̃os.

Simile ẽ t̃ decẽ. R' Innat̃ urg̃.

Amen amen dico uob̃ n̄ gr̃am.

Req̃ Innat̃ m̄.

Simile ẽ reg̃ cet decẽ u̇. R' Innat̃ urg̃.

Siquis uult post me

Homo q̃da nobilis

Ecce nos reliquim⁹ ℟. Innat s̄ pauli.
Hoc est p̄ceptum
℟. Innat aplō.
Conuocata turba. ℟. Innat uni⁹ mar̄
Ego su⁹ untis ueta ℟.
Innat plurim̄ mar̄.
SEQVENTI SCI EV SCDM IOHAM
illo tēp̄. Dixit ih̄c discipulis suis.
Amen amen dico uobis. quia plorabitis
& flebitis uos. mundus aut̄ gaude
bit. Vos aut̄ contristabimini. sed tristi
cia uestra uertetur ingaudium. Mulier
cum parit tristiciam habet. quia uenit
hora eius. Cum aut̄ peperit puer⁹.
iam non meminit pressur̄ propter gau
dium. quia natus est homo in mundum.
Et uos igitur nunc quid̄ tristiciam
habetis. iterum aut̄ uidebo uos. & gau
debit cor uestrum. Et gaudium uestrum
nemo tollet a uobis. In nat̄ S. Philip
pi et Iacobi. S. s. e. s. Iohannem.
illo tēp̄. Dixit ih̄c discipulis suis.
Nontur̄betur cor uestrum. credi
tis in deum & in me credite. In

domo patris mei . mansiones multæ sunt.
Si quominus dixissem uobis. quia uado
parare uobis locum . Et si abiero & prepa
rauero uobis locum . iterum ueniam & acci
piam uos ad me ipsum . ut ubi sum ego &
uos sitis . Et quo ego uado scitis . & uiam
scitis . Dicit ei thomas . Dñe . nescimus
quo uadis . & quomodo possumus uiam
scire ? Dicit ei ihc . Ego sum uia . & ue
ritas . & uita . Nemo uenit ad patrem ni
si per me . Si cognouissetis me . & patrem
meum utiq; cognouissetis . Et amodo
cognoscetis eum . & uidistis eum . Dicit ei
philippus . Dñe . ostende nobis patrem .
& sufficit nobis . Dicit ei ihc . Tanto tem
pore uobiscum sum . & non cognouistis me
philippe ? Qui uidet me . uidet & patrem
meum . Quomodo tu dicis . ostende nobis
patrem ? Non credis . quia ego in patre .
& pater in me est ? Verba quæ ego loquor
uobis . a me ipso non loquor . Pater autem
in me manens . ipse facit opera . Non cre
dis quia ego in patre . & pater in me est .
Alioquin propter opera ipsa credite .
Amen amen dico uobis . qui credit in me

opera quę ego facio & ipse faciet . & ma
iora horum faciet . quia ego ad patrem
uado . & tquodcumq; petieritis patrem
in nomine meo hoc faciam .

Erat homo exphaŕ . R̄ In pascha ann̄

Haec mando uobis . R̄ In mat̄ apostolor̄ .

Videns ihc̄ turbas . R̄ In mat̄ plurim̄ .

Haec mando R̄ In mat̄ aplor̄
Vigilate R̄ In mat̄ sacerd̄
Cum audieritis
In mat̄ plurimor̄ m̄ .
Videns ihc̄ turbas R̄ In mat̄ plurim̄
Designaun
In uigilia sc̄i iacobi apli
Ecce ego mitto uos
In mat̄ plurim̄ mr̄ .
Cum egrederetur ihc̄ R̄ In mat̄ plurim̄

In vig̃ sc̃i Iohannis bapt̃
In itiu̇̃ s· et̃· scm̃ lucam·
vit in diebus herodis regis iu
dee sacerdos quidam nomine

Zacharias deuice abia . & uxor eius de filiabus aaron . & nomen eius elisabeth .
¶ Erant autē iusti ambo ante deum . incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus dñi sine querela . ¶ Et non erat illis filius eo quod esset elisabeth sterilis . & ambo processissent in diebus suis . Factum est autē cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine uicis sue ante deum . secundum consuetudinē sacerdotii sorte exiit ut incensum poneret ingressus in templum dñi . ¶ Et omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi . Apparuit autē illi angelus dñi . stans a dextris altaris incensi . ¶ Et Zacharias turbatus est uidens . & timor irruit sup eum . At ait autē ad illum angelus . Ne timeas Zacharia . quoniam exaudita est oratio tua . ¶ Et uxor tua elisabeth pariet tibi filium . & uocabis nomen eius iohannem . ¶ Et erit tibi gaudium & exultatio . & multi in natiuitate eius gaudebunt . ¶ Erit enim magnus coram dño . & uinum & siceram non bibet . & spiritu scō replebitur adhuc ex utero matris sue . ¶ Et multos filiorum

ſſabel cõuertet addñm dcum ipſorum .
Etipſe precedet ante illum inſpiritu et
uirtute helię . utconuertat corda patrum
infilios . &incredulos adprudentiam iuſto
rum . Parare dño plebem perfectam .

INITI· S· IOHIS SCŌ· SCŌM
LISABETH LVCĀ·
IMPLETUM
eſt tempus pariendi . &pe
perit filium . Etaudierunt
uicini &cognati eius . quia
magnificauit dñs miſericordiam ſuam cũ
illa . &congratulabantur ei . Etfactũ eſt

indie octauo uenerunt circumcidere pue
rum . & uocabant eum nomine patris sui
zhachariam . & respondens mater eius dixit.
Nequaquam . sed uocabitur iohannes. & t
dixerunt ad illam. Quia niemo est in cogna
tione tua qui uocetur hoc nomine . Innue
bant autē patri eius . quem uellet uocari eū.
& t postulans pugillarem . scripsit dicens .
Iohannes est nomen eius. & t mirati sunt
uniuersi . Apertum est autē ilico os eius.
& lingua eius. & loquebatur benedicens deū.
& t factus est timor sup omnes uicinos eo
rum . & sup omnia montana iudee diuul
gabantur omnia uerba hec . & t posuerunt
omnes qui audierant in corde suo dicentes.
Quid putas puer iste erit ? & t enim ma
nus dñi erat cum illo . & t zhacharias pater
eius impletus est spiritu sancto . & prophe
tauit dicens. Benedictus dominus deus
israhel . quia uisitauit & fecit redemptio
nem plebis sue.

Attendite a fr̄m R' Innā pt
homo q̄da R' nūsa
INVIĞ ARTIOR Ṽ PETRI ET PAVLI
SEQVENTIS SCIEṼ Ṽ SCVM IOHĀM.

In illo tempꝰ. Dixit ihc petro. Symon iohannis diligis me plus his. Dicit ei. Etiam dne. tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei iterum. Symon iohannis diligis me. Ait illi. Etiam dne. tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei tertio. Symon iohannis amas me. Contristatus est petrus. quia dixit ei tertio amas me. & dicit ei. Dne. tu omnia scis. tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce oues meas. Amen amen dico tibi. cũ esses iunior cingebas te. & ambulabas ubi uolebas. Cum autẽ senueris extendes manus tuas. & alius te cinget. & ducet quo non uis. Hoc autẽ dixit. significans qua morte clarificaturus esset deum.

IN DIE SCO. SCĘ MAT̃H. H

EGNIT IHS IN ILL. T.

PARTES CESAREE PHILIPPI. ET

terrogabat discipulos suos dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt. Alii iohannem baptistam. alii autē heliā. alii uero hieremiam. aut unum exprophetis. Dicit illis ihc. Vos autē quem me esse dicitis? Respondens symon petrus dixit. Tues xp̄c filius dei uiui. Respondens autem ihc dixit ei. Beatus es symon bariona. quia caro & sanguis non reuelabit tibi. sed pater meus qui in cęlis est. Et ego dico tibi. quia tues petrus. & sup hanc petram edificabo ecclesiam meam. Et portę inferi non preualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni celorum. Et quodcumq; ligaueris sup terram. erit ligatum & in celis. Et quodcumq; solueris sup terrām. erit solutum & in celis.

IN FESTIVITATE SCI PAVLI APLI.

Nillo temp. SEQ SCI EV SCVM MATHEV.

Dixit symon petrus ad ihm.

CCE NOS RELIQVIMUS
OMNIA ET SECVTI SVMVS TE. QD ERIT NOB.

IHC autē dixit illis. Amen
dico uobis. quod uos qui secu
ti estis me. in regeneratione
cum sederit filius hominis in sede maiesta
tis sue. sedebitis & uos sup sedes duodecim.
iudicantes duodecim tribus israhel. Et t
omnis qui reliquit domum uel fratres. aut
sorores. aut patrem. aut matrem. aut
uxorem. aut filios. aut agros. propter no
men meū. centuplum accipiet. & uitam
aeternam possidebit. INCIT APLORVM.
SEQVENTI SCIEV SCM MATHEVM
In illo temp. Iussit ihc discipulos suos
ascendere in nauiculam & precedere eū
transfretum. donec dimitteret turbas.
Et dimissa turba ascendit in montem
solus orare. Vespere autē facto solus erat
ibi. Nauicula autē in medio mari iacta
batur fluctibus. Erat autē contrarius
uentus. Quarta autē uigilia noctis ue
nit ad eos ambulans sup mare. Et uiden
tes eum sup mare ambulantem. turba
ti sunt dicentes. quia fantasma est. Et

pretimore clamauerunt. Statimq; ihc
locutus est eis dicens. Habete fiduciam. ego
sum. nolite timere. Respondens aute pe
trus dixit. Dne. si tues iube me uenire ad
te sup aquas. Et ipse ait. Veni. Et descen
dens petrus denauicula. ambulabat sup
aquam ut ueniret adihm. Videns uentum
ualidum timuit. Et cum cepisset mergi.
clamauit dicens. Dne. saluum me fac.
Et continuo ihc extendens manum appre
hendit eum & ait illi. Modicę fidei. qua
re dubitasti? Et cum ascendisset innauicu
lam. cessauit uentus. Qui aute innauicu
la erant. uenerunt & adorauerunt eum
dicentes. Vere. filius dei es. IN NATI SCI
MACHAB. IN SS ES MATHEVM.
Nillo temp. Loquente ihu adturbas.
ecce mater eius & fratres stabant foris que
rentes loqui ei. Dixit aute ei quidam. Ec
ce mater tua & fratres tui foris stant quęrn
tes te. Et ipse respondens. dicenti sibi ait.
Quę est mater mea. & qui sunt fratres mei.
Et extendens manum in discipulos suos
dixit. Ecce mater mea & fratres mei. Qui
cumq; eni fecerit uoluntatem patris mei

qui incelis est. ipse meus & frater. & soror. et
mater est.

Homo quidam nobilis Et Innat̃ cfessorum.

In illo temp̃. Designauit Sc̈as locā
dns & alios septuaginta duos discipulos.
& misit illos binos ante faciem suam in om
nem ciuitatē & locum quo erat ipse uentu
rus. & dicebat illis. Messis quidem multa.
operarii autē pauci. Rogate ergo dominū
messis. ut mittat operarios in messem suam.
Ite. ecce ego mitto uos sicut agnos inter lu
pos. Nolite portare sacculum. neq; peram.
neq; calciamenta. & neminem per uiam
salutaueritis. In quamcūq; domum intra
ueritis primum dicite. pax huic domui.
Et si ibi fuerit filius pacis. requiescet sup
illam pax uestra. Si autē. aduos reuer
tetur. In eadem autē domo manete eden
tes & bibentes. quę apud illos sunt. Dig
nus est enim operarius mercede sua. Noli
te transire de domo in domum. Et in quam
cumq; ciuitatem intraueritis & susceperin
uos. manducate que apponuntur uobis.
Et curate infirmos qui in illa sunt. & dici

te eis. ℣ Ipropinquabit inuos regnum
dei. In nat̃ Sci Iacobi ap̃i
Nillo temp̃. Accessit Scam Mathei.
adiñm mater filiorum Zebedei cumfilius
suis. adorans & petens aliquid abeo. Qui
dixit ei. Quid uis. ℟ Dixit illi. Dic ut sedeant
hi duo filii mei. unus ad dexteram tuã.
& unus ad sinistram in regno tuo. Respon
dens autẽ ihs dixit. Nescitis quid peta
tis. Potestis bibere calicem quem ego bibi
turus sum. Dicunt ei. Possumus. ℟ Dixit
illis. Calicem quidem meũ bibetis. sede
re autẽ ad dexteram meam & sinistram
non est meum dare uobis. sed quibus pa
ratum est a patre meo.

Simt lumbi R. Innat plis. s.

Descendens ihc

R. Innat plis mis.

Iussit ihc dise R. Inoct aplos

Loquente ihv R. Innat vifi.

Homo quida nobit

R. Innat sacerd.

Ecce ego mitt R. Innat plis

Nihil optii R. Innat unis

Siquis uult K. Innat uni mat.
Amendico uob nisi granu K. In
nat uni mat. Attendite
afermo K. Innat uni mat

In illo temp. Extollens uocem quedam
mulier de turba. dixit adillm. Beatus
uenter qui te portauit. & ubera que su
xisti. Ille dixit. Quinimmo. beati
qui audiunt uerbum dei & custodiunt
illud. Turbis aute concurrentibus cepit
dicere. Generatio hec. generatio nequa
est. Signum querit. & signum nonda
bitur ei nisi signum ione. Nam sicut fu
it ionas signum ninmuitis. ita erit &
filius hominis generationi isti. Regina
austri surget in iudicio cum uiris gene
rationis huius & condemnabit illos.
quia uenit a finibus terre audire sapi
entiam salomonis. Et ecce plus quam
salomon hic. Viri ninmuite surgent
in iudicio cum generatione hac & con
demnabunt eam. quia penitentiam
egerunt ad predicationem ione. Et ec
ce plus iona hic.

S·s·e·s· l v cam· Ihu·t·

INTRAVIT IHC IN QVODDA CASTELLV· E MULIR QUEDA Martha nomine. excepit illum indomum suam. Et huic erat soror nome maria. Que eriam sedens secus pedes domini. audiebat uerbum illius. Martha autē satagebat circa frequens ministeriū. Que stetit & ait. Do nē. non est tibi cure quod soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi ut me adiuuet. Et respondens dixit illi dns. Martha martha. sollicita es. & turbaris circa plu

ma. Porro. unum est necessarium. Ma
ria optimam partem elegit. quę nonau
feretur abea.

Ego sum uris R. Inmat aplo
INNAT S. BARTHOLOMEI A. SCAM LVCA.
Nillo temp. Facta est contentio inter
discipulos. quis eorum uideretur esse
maior. Dixit aute eis ihc. Reges gen
um dominantur eorum. & qui potesta
tem habent sup eos benefici uocantur.
Vos aute nonsic. Sed qui maior est in
uobis. fiat sicut iunior. Et qui precessor
est sicut ministrator. Nam quis maior
est. qui recumbit an qui ministrat.
Nonne qui recumbit? Ego aute inme
dio uestrum sum. sicut qui ministrat.
Vos aute estis. qui permansistis mecum
intemptationibus meis. Et ego dispono uo
bis sicut disposuit mihi pater meus regnū.
ut edatis & bibatis sup mensam meam in
regno meo. Et sedeatis sup thronos duo
decim. iudicantes duodecim tribus isrl.

Siquis uenit. Kal Inmat unī mart
IN DECOLL SCI IOHANNIS BAPTISTE

illo tem̄p. Misit Scām Marcvm. herodes & tenuit iohannem. & uinxit eū incarcerem propter herodiadem uxorem philippi fratris sui. quia duxerat eam. Dicebat enī iohannes herodi. Non licet tibi habere uxorem fratris tui. herodi autē insidiabatur illi. & uolebat occidere eum. nec poterat. herodes autē metuebat iohannem. sciens eum uirum iustum & sanctum. & custodiebat eum. Et audito eo multa faciebat. & libenter eū audiebat. Et cum dies oportunus accidisset. herodes natali suo cenam fecit principibus & tribunis. & primis galileę. Cumq; introisset filia ipsius herodiadis & saltasset. & placuisset herodi simulq; recumbentibus. rex ait puellę. Pete a me quod uis. & dabo tibi. Et iurauit illi. quia quicquid petieris dabo tibi. licet dimidium regni mei. Quę cum exisset. dixit matri suę. Quid petam. At illa dixit. Caput iohannis baptistę. Cumq; introisset statim cum festinatione adregem. petiuit dicens. Volo ut protinus des mihi in disco. caput iohan

nis baptiste. Et contristatus rex propter
iusiurandum & propter simul recumben
tes noluit eam contristari. sed misso spicu
latore precepit afferri caput eius indisco.
Et decollauit eum in carcere. & adtulit
caput in disco. & dedit illud puelle. & pu
ella dedit matri sue. Quod audito discipuli
eius uenerunt & tulerunt corpus eius. et
posuerunt illud in monimento.

Cum egrederet ut. R. Iniat plurim mi

INNATIVITĀ S MAĪ | HITIV S E MATHEV
IBER GENERATIONIS IHV XPI FILI DA
VID FILI ABRAHĀ ABRAHĀ GENVIT ISAAC
ISAAC AUT GENIT IACOB IACOB AUT GENU
IT IUDAM &FRATRES EIUS IUDAS
AUTEM GENUIT PHARES &HARA
DETHAMAR PHARES AUTE GENUIT ESROM ESROM
AUTE GENUIT ARAM RAM AUTE GENUIT AMI
NADAB AMINADAB AUTE GENUIT NAASSON
NAASSON AUTE GENUIT SALMON SALMON AUT
GENUIT BOOZ DE RACHAB BOOZ AUTE GENUIT
OBETH EX RUTH OBETH AUTE GENUIT IESSE IESSE
AUTE GENUIT DAUID REGEM DAUID AUTE REX
GENUIT SALOMONEM EX EA QUE FUIT URIE SA
LOMON AUTE GENUIT ROBOAM ROBOAM AUTE
GENUIT ABIA ABIA AUTE GENUIT ASAM ASA
AUTE GENUIT IOSAPHAT IOSAPHAT AUTE GE
NUIT IORAM IORAM AUTE GENUIT OZIAM
OCHIAS AUTE GENUIT IOATHAM IOATHAM AUT
GENUIT ACHAZ ACHAZ AUTE GENUIT EZECHI
AM EZECHIAS AUTE GENUIT MANASSEM MA
NASSES AUTE GENUIT AMON AMON AUTE GE
NUIT IOSIAM IOSIAS AUTE GENUIT IECHONIA
&FRATRES EIUS IN TRANSMIGRATIONE BABYLO
NIS POST TRANSMIGRATIONE BABYLONIS

iechonias genuit salathiel. Salathiel autē
genuit zorobabel. Zorobabel autē genuit
abiud. Abiud autē genuit eliachim. elia
chim autē genuit azor. Azor autē genuit
sadoch. sadoch autē genuit achim. Achim
autē genuit eliud. eliud autē genuit eleazar.
Eleazar autē genuit mathan. Mathan
autē genuit iacob. Iacob autē genuit Io
seph uirum mariæ. de qua natus est ihē.
qui uocatur xp̄c.
Ego sum uitis R. Innat aplō.
Cumpsequent R. Innat plurim Cornelii & Cipriani
illo tēp. Dicebat ihc Scm lucam
turbis iudeorum. & principibus phariseo
rum. Vae uobis qui edificatis monumenta
prophetarum. patres autē uestri occiderūt
illos. Profecto testificamini quod consen
titis operibus patrum uestrorū. quoniam
quidem ipsi eos occiderunt. uos autē edifi
catis eorum sepulchra. Propterea & sapi
entia dei dixit. Mittam ad illos prophe
tas & apostolos. & ex illis occident & perse
quentur. ut inquiratur sanguis omnium
prophetarum. qui effusus est a constitutio
ne mundi a generatione ista. a sanguine

abel . usq; adsanguinem zacharię qui perit
inter altare & edem . Ita dico uobis require
tur abhac generatione . Vae uobis legis pe
rtis . quia tulistis clauem scientię . Ipsi non
introistis . & eos qui introibant prohibuistis.
Cum hęc adillos diceret . cęperunt phari
sei & legis periti grauiter insistere & os eius
opprimere . demultis insidiantes ei . & quę
rentes capere aliquid exore eius ut accusa
rent eum . In exalt̃ ·s· Crucis · Scd̃a
Nillo temp̃. Dixit ihc turbis . Iohā
Ego si exaltatus fuero aterra . omnia
traham admet ipsum . Hoc aut̃ dicebat .
significans qua morte esset morturus .
Respondit ei turba . Nos audiuimus ex
lege . quia xp̃c manet in æternum . Et quo
modo tu dicis . oportet exaltari filium ho
minis . Quis est iste filius hominis . Dixit
ergo eis ihc . Adhuc modicum lumen in
uobis est . ambulate dum lucem habetis .
ut non tenebrę uos comprehendant . Et
qui ambulat intenebris nescit quouadat .
Dum lucem habetis credite in lucem . ut
filii lucis sitis . In Nicomedis mart̃
Siquis uult Innat uni mart̃

Iuf̃emie virg̃ Simile est reg̃ cet th
R̃. Innat uirg̃. Ingig̃ Sc̃i Math̃
Ecce nosret R̃. Infest s̃ pauli.
Innat̃ Sc̃i Mathei. Scd̃m Math̃
Illo temp̃. Uidit ihc̃ hominem se
dentem intheloneo matheum nomine.
& ait illi. Sequere me. Etsurgens secu
tus est eum. Etfactum est discumbente
illo indomo. ecce multi publicani & pec
catores uenientes. discumbebant cum
ihū & discipulis eius. Etuidentes pha
risei dicebant discipulis eius. Quare
cumpublicanis & peccatoribus mandu
cat magister uester. Ihc̃ audiens ait.
Non est opus ualentibus medicus. sed
male habentibus. Euntes aut̃ discite.
quid est. misericordiā uolo & nonsacri
ficium. Non enim uen uocare iustos
sedpeccatores

INFESTIS·S·MICHAHELIS ARC
INITT·I· SCDÄI MATHEV.
CCESSERUNT DIS
CIPVLI AD IHM̃ DICENTES.
Quis putas maior est in
regno celorum. Et tad
uocans hic paruulum.
statuit inmedio eorum & dixit. Amen
dico uobis. nisi conuersi fueritis & efficia
mini sicut paruuli. non intrabitis in regnũ
cælorum. Quicumq; ergo humiliauerit
se sicut paruulus iste. hic maior est in reg
no cælorum. Et qui susceperit unum par
uulum talem in nomine meo. me suscipit.
Qui autẽ scandalizauerit unum depu
sillis istis qui in me credunt. expedit ei ut
suspendatur mola asinaria in collo eius.
& demergatur in profundum maris.
Vae mundo abscandalis. Necesse est
enim. ut ueniant scandala. Verumta
men uae homini. per quem scandalum
uenit. Si autẽ manus tua uel pes tuus
scandalizat te. abscide eum & proice ab
te. Bonum tibi est aduitam ingredi
debilem uel claudum. quam duas manus

uel duos pedes habentem mitti in ignem
aeternum. Et si oculus tuus scandalizat
te. erue eum & proice abste. Bonum ti
bi est cum uno oculo intrare. quã
duos oculos habentem mitti in gehennam
ignis. Videte. ne contemnetis unum ex
his pusillis. Dico enim uobis. quia ange
li eorum in celis semp uident faciem patris
mei qui in celis est.

Homo quida peregr. Innat confessor.

Vigilate qa nescitis. Innat confess.

Ecce nos relinquimus omnia & secuti sumus te. quid ergo erit nobis. Innat spualis

Invitatio Symonis & Jude. Secundum Johannem

In illo tempore. Dixit ihc discipulis suis.
Qui habet mandata mea & seruat ea.
ille est qui diligit me. Qui autem diligit
me. diligetur a patre meo. Et ego diligam
eum. & manifestabo ei me ipsum. Dicit
ei iudas. non ille scarioth. Domine quid
factum est. quia nobis manifestaturus es
te ipsum & non mundo? Respondit ihc
& dixit eis. Si quis diligit me. sermonem
meum seruabit. Et pater meus diliget eum.
& ad eum ueniemus. & mansionem apud
eum faciemus. Qui non diligit me. ser-

monet meos nonseruat. Et sermonem
quem auditis non est meus. sed eius qui
misit me patris. In sco die
Haec mando uob. R. Innat apłorū.
In vig Omniū sctorum.
Ecce ego mitto uos R. Inn plus m.

In die sco Uidens ihc turbas R. Innat
plus mr. Amendico uob
Nisi granū R. Innat uni mr.
Descendit ihc demon R. In
nat plurm
Cum aud R. Innat uni m.
Siquis uult R. Innat
uni mr.
Homo quida R. Innat sac.
Nemo accend R. Inn

cfess.
℟ Inn uirg.
℟ Innat cfess.
℟ Innat machabeox.
Conuocata turba. ℟ Innat unio mr.
Nihil optu ℟ Inn unio
Simile ej ℟ Inn uirg.
hoc ep̄cep̄ ℟ Innat aplox

IN NATALE APOSTOLORUM.

SEQUENTI — SCI EV SCUM IOHANNE.

In illo temp̄. Dixit ihc discipulis suis. Ego sum uitis uera. & pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum. tollet eum. Et omnem qui fert fructum purgabit eum ut fructum plus afferat. Nam uos mundi estis propter sermonem. quem locutus sum uobis. Manete inme. & ego in uobis. Sicut palmes non potest ferre fructu a semet ipso nisi manserit in uite. sic nec uos nisi in me manseritis. Ego sum uitis. uos palmites. Qui manet in me & ego in eo. hic fert fructum multum. quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit mittetur foras sicut palmes & arescet. Et

colligent eum . & in ignem mittent & ardet.
Si manseritis in me & uerba mea in uobis
manserint . quodcumq; uolueritis petetis
& fiet uobis. In hoc clarificatus est pater
meus ut fructum plurimum afferatis. & ef
ficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me
pater . & ego dilexi uos. Manete in dilecti
one mea . Si precepta mea seruaueritis
manebitis in dilectione mea . sicut & ego
patris mei precepta seruaui & maneo in
eius dilectione . Hec locutus sum uobis.
ut gaudium meū in uobis sit . & gaudium
uestrum impleatur. Hec est
mandatum meum ut diligatis inuicem sicut dilexi uos.
Maiorem hac dilectionem nemo habet .
ut animā suam ponat quis proamicis suis .
Vos amici mei estis. si feceritis que ego
precipio uobis. Iam nondicam uos seruos.
quia seruus nescit quid faciat dns eius .
Uos autē dixi amicos. quia omnia que
cumq; audiui a patre meo nota feci uobis.
Non uos me elegistis. sed ego elegi uos. et
posui uos ut eatis & fructum afferatis. et

fructus ueſter maneat . Et quodcumq; pe
tieritis patrem innomine meo det uobis
Dearlis · ·S·s·e· s · lohannem
illo temp̄ . Dixit ihc discipulis suis .
Hacc mando uobis . ut diligatis inui
cem . Si mundus uos odit . sciote
quia me priorem uobis odio habuit . Si
de mundo fuissetis . mundus utiq; quod
suum erat diligeret . Quia uero de mun
do non estis sed ego elegi uos de mundo .
propterea odit uos mundus . Memen
to sermonis mei . quem ego dixi uobis .
Non est seruus maior dn̄o suo . Si me
persecuti sunt . & uos persequentur . Si
sermonem meum seruauerunt . & uestrū
seruabunt . Sed hęc omnia facient uobis
propter nomen meum . quia nesciunt eū
qui misit me . Si non uenissem & locutus
fuissem eis peccatum non haberent . Nunc
aut̄ excusationem non habent de pec
cato suo . Qui me odit . & patrem meum
odit . Si opera non fecissem inter quę ne
mo alius fecit . peccatum non haberent .
Nunc aut̄ & uiderunt & oderunt . et
me & patrem meum . Sed ut impleatur

sermo qui integ eorum scriptus est.
Quia odio me habuerunt gratis.

IHVIG VHIVS SACERDOTIS.
SEQVENTI SCI EV SCVM MATHEVM.

Illo temp. Dixit ihc discipulis suis.
Vigilate: quia nescitis qua hora dns
uester uenturus sit. Illud autem
scitote. quoniam si sciret pater familias
qua hora fur uenturus esset. uigilaret
utiq;. & non sineret perfodi domum suã.
Ideoq; & uos estote parati. quia nescitis
qua hora filius hominis uenturus est. Quis
putas est fidelis seruus & prudens. quem
constituit dns suus sup familiam suam.
ut det illis cibum intempore. Beatus ille
seruus. quem cum uenerit dns eius inue
nerit sic facientem. Amen dico uobis. quo
niam super omnia bona sua constituet eũ.

INNAT SACERD S.S.X.S. MATHEVM.

Illo temp. Dixit ihc discipulis suis
parabolam hanc. Homo quidam pere
gre proficiscens uocauit seruos suos. & tra
didit illis bona sua. Et cui dedit quinq;
talenta. alii autẽ duo. alii uero unum.
Vnicuiq; secundum propriam uirtutem.

& profectus est statim. Abiit autē qui
quinq; talenta acceperat. & operatus
est meis. & lucratus est alia quinq; Simi
liter qui duo acceperat. lucratus est alia
duo. Qui autē unum acceperat abiens
fodit interram. & abscondit pecuniam
dni sui. Post multum uero temporis uenit
dns seruorum illorum. & posuit rationē
cum eis. Et accedens qui quinq; talenta
acceperat. obtulit alia quinq; talenta di
cens. Domine. quinq; talenta mihi tradi
disti. ecce alia quinq; superlucratus sum.
Ait illi dns eius. Euge bone serue & fi
delis. quia sup pauca fuisti fidelis. sup
multa te constituam. intra in gaudium
dni tui. Accessit autē & qui duo talenta
acceperat & ait. Domine. duo talenta mihi
tradidisti. ecce alia duo superlucratus sum.
Ait illi dns eius. Euge serue bone & fi
delis. quia sup pauca fuisti fidelis. supra
multa te constituam. Intra in gaudium
dni tui. Item aliev vhū
illo temp. Dixit hīc discī Scūm lucā.
pulis suis. Nemo accendit lucernam.
& in abscondito ponit neq; sub modio sed

super candelabrum . ut qui ingrediuntur
lumen uideant . Lucerna corporis tui .
est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit sim
plex . totum corpus tuum lucidum erit.
Si aute nequam fuerit . eram corpus
tuum tenebrosum erit: Vide ergo . ne lu
men quod in te est tenebre sint . Si ergo
corpus tuum totum lucidum fuerit non
habens partem aliquam tenebrarum . erit
lucidum totum . & sicut lucerna fulgo
ris illuminabit te . SEQVENTI SCI
Illo temp. Dixit eu scdm lucā.
ihc discipulis suis parabolam hanc.

Homo quidam nobilis abiit in regi
onem longinquam . accipere sibi
regnum & reuerti. Vocatis aute decem
seruis suis. dedit illis decem mnas. & ait
illis: Negotiamini dum uenio. Ciues
aute eius odiebant illum . & miserunt
legationem post illum dicentes: Nolu
mus hunc regnare sup nos. & factum
est ut rediret accepto regno . & iussit uo
cari seruos quibus dedit pecuniam . ut sci
ret quantum quisq; negotiatus esset. Ve
nit aute primus dicens. Dne . mna tua

decem mnas acquisiunt . Etait illi . Eu
ge serue bone & fidelis . quia immodico
fidelis fuisti . eris potestatem habens sup
decem ciuitates . Etalter uenit dicens .
O ne . mna tua fecit quinq; mnas . Ethu
ic ait . Ettu esto sup quinq; ciuitates . Et
alter uenit dicens . Dne . ecce mna tua
quam habui repositam insudario . Timui
eni te . quia homo austeris es . tollis quod
nonposuisti . & metis quod nonseminasti .
Dicit ei . De ore tuo te iudico serue ne
quam . Sciebas quod ego austeris homo sum .
tollens quod nonposui . & metens quod non
seminaui . Etquare nondedisti pecuniā
meam admensam . Etego uenies cum
usuris utiq; exegissem illud . Etastanti
bus dixit . Auferte abillo mnam . & date
illi qui decem mnas habet . Etdixerunt
illi . Dne . habet decem mnas . Dico aute
uobis . quia omni habenti dabitur . A beo
aute qui nonhabet . & quodhabet aufere
tur abeo .
In illo temp . Dixit ihc Scō Matheō .
discipulis suis . Nolite arbitrari . quia
uenerim mittere pacem interram . Non

uenı pacem mittere ſed gladium. Veni
enim ſeparare hominem aduerſus patrem
ſuum. & filiam aduerſus matrem ſuam.
& nurum aduerſum ſocrum ſuam. & inimi
ci hominiſ domeſtici eiuſ. Qui amat patr
aut matrem pluſquam me. non eſt me dig
nuſ. Et qui amat filium aut filiam ſup me.
non eſt me dignuſ. Et qui non accipit cru
cem ſuam & ſequitur me. non eſt me dignus.
Qui inuenit animam ſuam perdet eam.
Et qui perdiderit animam ſuam propter
me. inueniet eam. Qui recipit uoſ. me re
cipit. Et qui me recipit. recipit eum qui
me miſit. Qui recipit prophetam in nomi
ne prophetę. mercedem prophetę accipiet.
Et qui recipit iuſtum in nomine iuſti. mer
cedem iuſti accipiet. Et quicunq; potum
dederit uni exminimiſ iſtiſ calicem aquę
frigidę tantum in nomine diſcipuli. amen
dico uobiſ non perdet mercedem ſuam.

S. S. E. S. C. D. M. MATHEVM.

In illo temp̃. Dixit iħc diſcipulis ſuis.
Nihil opertum eſt quod non reueletur.
& occultum quod non ſciatur. Quod
dico uobiſ in tenebriſ. dicite in lumine.

Et quod in aure auditis. predicate sup
tecta. Et nolite timere eos qui occidunt
corpus. animam autē non possunt occide
re. Sed potius eum timete qui potest et
animā & corpus perdere in gehennam.
Nonne duo passeres asse ueneunt. & unus
ex illis non cadet sup terram sine patre ue
stro. Vestri autē & capilli capitis omnes
numerati sunt. Nolite ergo timere. mul
tis passeribus melioris estis uos. Omnis
ergo qui confitebitur me coram homini
bus. confitebor & ego eum coram patre
meo qui est in celis.

In illo tempō. Dixit ihc discipulis suis. Cum persequen
tur uos in ciuitate ista. fugite in aliam.
Amen dico uobis non consūmabitis ciuita
tes israhel. donec ueniat filius hominis.
Non est discipulus sup magistrum. nec ser
uus sup dnm suum. Sufficit discipulo.
ut sit sicut magister eius. & seruo ut sit
sicut dns eius. Si patrem familias beelze
bub uocauerunt. quanto magis domesti
cos eius. Ne ergo timueritis eos. Nihil
enim opertum est quod non reuelabitur.

Sc̄m Matħ

& occultum quod nonsciatur. Quod dico
uobis in tenebris dicite in lumine. Et quod
in aure auditis predicate sup tecta. Et no
lite timere eos qui occidunt corpus. animá
autē non possunt occidere. Sed potius cum
timete. qui potest & animam & corpus per
dere in gehennam. Nonne duo passeres asse
ueneunt. & unus ex illis non cadet sup ter
ram sine patre uestro. Vestri autē & capilli
capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo
timere. multis passeribus melioris estis uos.
Omnis ergo qui confitebitur me coram ho
minibus. confitebor & ego eum coram patre
meo qui est in celis. Qui autē negauerit me
coram hominibus. negabo & ego eum coram
patre meo qui est in celis IHC HAĪ VHĪ MĪ.

SNS·E·SCŪM MATHEUM.

In illo tempō. Dixit ihc discipulis suis.
Si quis uult post me uenire abneget
semetipsum. & tollat crucem suam
& sequatur me. Qui enim uoluerit am
mam suam saluam facere. perdet eam.
Qui autē perdiderit animā suam prop
ter me. inueniet eam. Quid enim prodest
homini si mundum uniuersum lucretur.

animę uero ſuę detrimentum patiatur?
Aut quam dabit homo commutationē pro
anima ſua? Filius enim hominis uenturus
eſt in gloria patris ſui cum angelis ſuis. et
tunc reddet unicuiq; ſecundum opera eius.
Amen dico uobis. ſunt quidam de hic ſtan
tibus qui non guſtabunt mortem. donec
uideant filium hominis uenientem in regno
ſuo.

S c d̈m Matth

In illo temp̄. Dixit ihc diſci
pulis ſuis. Amen amen dico uobis. niſi
granum frumenti cadens in terram mortu
um fuerit ipſum ſolum manet. Si autem
mortuum fuerit. multum fructum affert.
Qui amat animam ſuam. perdet eam. Et
qui odit animam ſuam in hoc mundo: in
uitam aeternam cuſtodit eam. Si quis mi
chi miniſtrat. me ſequatur. Et ubi ſum
ego. illic & miniſter meus erit. Si quis mi
chi miniſtrauerit. honorificabit eum pa
ter meus qui eſt in celis.

S c d̈m Lucam.

In illo temp̄. Dixit
ihc diſcipulis ſuis. Si quis uenit ad me.
& non odit patrem ſuum aut matrem. et
uxorem. & filios. & fratres. & ſorores.

adhuc autē & animam suam . non potest meus esse discipulus . Et qui non baiolat crucem suam & uenit post me . non potest meus esse discipulus. Quis enī ex uobis uolens turrim edificare . non prius sedens computat sumptus qui necessarii sunt . si habet ad perficiendum : Ne postea quam posuerit fundamentum & non potuerit perficere . omnes qui uident incipiant illudere ei dicentes . Quia hic homo cae pit edificare . & non potuit consummare. Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem non sedens prius cogitat . si possit cum decem milibus occur rere ei qui cum uiginti milibus uenit ad se ? Alioquin . adhuc illo longe agen te legationem mittens rogat ea quę pacis sunt . Sic ergo omnis ex uobis qui non renuntiat omnibus quę possidet . non potest meus esse discipulus. IHNAT VRIM

SCVM MARCVM.

In illo tēp̄. Conuocata turba ihc cum discipulis suis . dixit eis . Si quis uult me sequi deneget semetipsum . & tollat crucem suam & sequatur me . Quicum

uoluerit animam suam saluam facere.
perdet eam. Qui autē perdiderit anima
suam propter me & euangelium meum.
saluam eam faciet. Quid enī proderit ho
mini si lucretur mundum totum. & detri
mentum faciat animę suę. Aut quid
dabit homo commutationis pro anima sua.
Qui enī me confessus fuerit & uerba mea
in generatione ista adultera & peccatri
ce. & filius hominis confitebitur eum
cum uenerit in gloria patris sui cum an
gelis suis.

Illo tempō. Dixit Secūm Lucam.
ihē discipulis suis. Nemo lucernam
accendens operit eam uase. aut subtus
lectum ponit sed super candelabrum po
nit. ut intrantes uideant lumen. Non
enim est occultum quod non manifestetur.
nec abscondrtum quod non cognoscatur
& in palam ueniat. Uidete ergo quomo
do audritis. Qui enim habet dabitur illi.
& quicumq; non habet. & iam quod putat
se habere auferetur abeo. Venerunt
autē ad illum mater & fratres eius. et
non poterant adire eum pre turba. Et

nuntiatum est illi. Mater tua & fratres
tui stant foris. uolentes te uidere. Qui
respondens dixit adeos. Mater mea & fra
tres mei hi sunt. qui uerbum dei audiunt
& faciunt.

In illo tempō. Dixit ihc̄ Sc̄is
discipulis suis. Si quis uult post me ue
nire abneget semetipsum. & tollat crucē
suam & sequatur me. Qui enī uoluerit
animam suam saluam facere. perdet eam.
Qui autē perdiderit animam suam prop
ter me. saluam faciet illam. Quid enim
proderit homini. si lucretur uniuersum
mundum. seipsum autē perdat. & de
trimentum sui faciat. Nam qui me eru
buerit & meos sermones. hunc erubescet
filius hominis cum uenerit in maiestate
sua. & patris. & sanctorū angelorum.
Dico autē uobis. uere sunt aliqui hic
stantes. qui non gustabunt mortem.
donec uideant regnum dei.

S. S. E. Sc̄i Ma l v c a m.

In illo tempō. Dixit ihc̄ discipulis suis.
Qui uos audit me audit. & qui uos
spernit me spernit. Qui autem

me spernit. spernit eum qui me misit.
Reuersi sunt autē septuaginta duo cum
gaudio dicentes. Dne. etiam demonia
subiciuntur nobis. in nomine tuo. Et ait
illis. Uidebam satanan. sicut fulgur de
celo cadentem. Ecce dedi uobis potestatē
calcandi supra serpentes & scorpiones. et
supra omnem uirtutem inimici. & nihil
uos nocebit. Verumtamen in hoc nolite
gaudere. quia spiritus subiciuntur uo
bis. Gaudete autē. quod nomina uestra
scripta sunt in celis.

S. S. E. Scō Mis. Ca.

In illo tempō. Dixit ihc discipulis suis.
Sint lumbi uestri precincti. & lucernę
ardentes. Et uos similes hominibus
expectantibus dm̄ suum. quando re
uertatur a nuptiis. ut cum uenerit et
pulsauerit confestim aperiant ei. Beati
serui illi. quos cum uenerit dns inue ne
rit uigilantes. Amen dico uobis. quod
precinget se. & faciet eos discumbere.
& transiens ministrabit illis. Et si uenerit
in secunda uigilia. & si in tertia uigilia
uenerit & ita inuenerit. beati sunt ser

ui illi. Hoc autē scitote. quoniam si
sciret patrfamilias qua hora fur uen
ret. uigilaret utiq; & nonsineret per
fodi domum suam. Et uos estote parati.
quia qua hora nonputatis filius hominis
ueniet. Ait autē ei petrus. Dñe. ad nos
dicis hanc parabolam. an & ad omnes.
Dixit autē dñs. Quis putas est fidelis
dispensator & prudens. quem consti
tuit dis supra familiam suam. ut det
illis intempore tritici mensuram. Be
atus ille seruus. quem cum uenerit dñs
eius inuenerit ita facientem. Vere dico
uobis. quia supra omnia quę possidet
constituet eum. INFESTIVIT OMN SCOR
Nillo temp̄. Videns iht S. MATHEV
turbas. ascendit in montem. Et cum
sedisset. accesserunt ad eum discipuli
eius. Et aperiens os suum docebat eos
dicens. Beati pauperes spiritu. quo
am ipsorum est regnum celorum. Bea
ti mites. quoniā ipsi possidebunt terram.
Beati qui lugent. quoniā ipsi consolabun
tur. Beati qui esuriunt & sitiunt iusti
am. quō ipsi saturabuntur. Beati

misericordes. quo ipsi misericordiã con
sequentur. B eati mundo corde. quo ipsi
deum uidebunt. B eati pacifici. quo filii
dei uocabuntur. O eati qui persecutionẽ
patiuntur propter iusticiam. quo ipso
rum est regnum celorum. B eati eritis cũ
maledixerint uobis. & persecuti uos fue
rint. & dixerint omne malum aduersũ
uos mentientes propter me. G audete
& exultate. quo merces uestra copiosa
est in celis. Dñica. In illo tẽp. Descendens Sc̃s Iesus.
ihc̃ de monte stetit in loco campestri. et
turba discipulorum eius. & multitudo co
piosa plebis ab omni iudea & hierusalem.
& maritima. & tyri. & sydonis. qui uene
runt ut audirent eum. & sanarentur
a languoribus suis. Et qui uexabantur
a spiritibus immundis curabantur. Et
omnis turba querebat eum tangere. qua
uirtus de illo exiebat & sanabat omnes.
Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos
dicebat. O eati pauperes. quia uestrum
est regnum dei. B eati qui nunc esuritis.
quia saturabimini. B eati qui nunc fle

tis. quia ridebitis. Oeati eritis cum uos
oderint homines. & cum separauerint uos
& exprobrauerint. & eiecerint nomen
uestrum tanquam malum propter filium
hominis. Gaudete illa die & exultate:
ecce enim merces uestra multa est in celis.

S. S. L. S. C. D. M. A. T. H. E. V.

In illo tempo. Dixit ihc discipulis suis.
Ecce ego mitto uos. sicut oues in me
dio luporum. Estote ergo pru
dentes sicut serpentes. & simplices sicut
columbe. Cauete aute abhominibus.
Tradent enī uos in conciliis. & in synago
gis suis flagellabunt uos. Et ad presides
& reges ducemini propter me. in testimo
nium illis & gentibus. Cum aute tradent
uos. nolite cogitare quomodo aut quid
loquamini. Dabitur enim uobis in illa
hora quid loquamini. Non enī uos estis
qui loquimini. sed spiritus patris uestri
qui loquitur in uobis. Tradet aute fra
ter fratrem in mortem. & pater filium.
& insurgent filii in parentes. & morte
eos afficient. Et eritis odio omnibus.
propter nomen meum. Qui aute per

seuerauerit usq; infinem . hic saluus erit.

S · S · E · S cũ Marcum.

illo temp̃. Cumegrederetur ihc de templo . ait illi unus exdiscipulis suis . Magister . aspice quales lapides & quales structurę . Et respondens ihc ait illi . Vides has magnas edificationes . Non relinquetur lapis super lapidem . qui non destruatur . Et cumsederet inmonte oliuarum contra templum . interrogabant eũ separatim petrus & iacobus . & iohannes . & andreas . Dic nobis quando ista fient . & quod signum erit quando hęc omnia incipient consummari . Et respondens ihc . cepit dicere illis . Videte . nequis uos seducat . Multi enim uenient innomine meo dicentes quia ego sum . & multos seducent . Cumaudieritis autẽ bella & opiniones bellorum netimueritis . Oportet enim hęc fieri . sed nondum est finis . Exurget autẽ gens contra gentem . & regnum sup̃ regnum . & erunt terrę motus p̃loca & fames . Initium dolorum hęc . Videte autem uosmet ipsos . Tradent enim uos inconciliis . & insynagogis uapulabitis .

Etiamte presides & reges stabitis propter
me. in testimonium illis. Et in omnes gen
tes primum oportet predicari euangeliu.
Et cum duxerint uos tradentes. nolite pre
cogitare quid loquamini. Sed quod datu
fuerit uobis illa hora. id loquamini.
Non enim uos estis loquentes sed spe ss.
Tradet aut frater fratrem in mortem et
pater filium. & consurgent filii in paren
tes. & morte afficient eos. Et eritis odio
omnibus propter nomen meum. Qui
autem sustinuerit in finem. hic saluus
erit. Sc̄d̄m lucam.
In illo tempo. Dixit ih̄c discipulis suis.
Cum audieritis prelia & seditiones
nolite terreri. Oportet primum
hec fieri. sed non statim finis. Tunc dice
bat illis. Surget gens contra gentem et
regnum aduersus regnum. & terre motus
magni erunt per loca. & pestilentie. & fa
mes. terroresq; de celo & signa magna
erunt. Sed ante hec omnia mittent uo
bis manus suas. & persequentur tradentes
in synagogas & custodias. trahentes ad
reges & presides propter nomen meum.

Continget autē uobis in testimonium.
Ponite ergo in cordibus uestris non pre
meditari. quemadmodum respondeatis.
Ego enim dabo uobis os & sapientiam.
cui non potuerunt resistere & contradice
re omnes aduersarii uestri. Trademini
autē a parentibus & fratribus. & cogna
tis. & amicis. & morte afficient ex uobis.
Et eritis odio omnibus propter nomen
meum. Et capillus de capite uestro non
peribit. In patientia uestra possidebitis
animas uestras.

In illo tempō. Sedente Scō Matheo.
ihū super montem oliueti. accesserunt
ad eum discipuli secreto dicentes. Dic
nobis quando hec erunt. & quod signū
aduentus tui & consummationis seculi.
Et respondens ihc dixit eis. Videte.
ne quis uos seducat. Multi enī uenient
in nomine meo dicentes. ego sum xpc.
& multos seducent. Audituri enī estis
prelia & opiniones bellorum. uidete
ne turbemini. Oportet enī hec fieri.
sed nondum est finis. Consurget enim
gens in gentem & regnum in regnum.

&erum pestilentię &fames. &terrores
perloca. Hęc autē omnia inicia sum
dolorum. Tunc tradent uos untribula
tionem & occident uos. Et eritis odio
omnibus gentibus propter nomen meū.
Et tunc scandalizabuntur multi. &in
uicem tradent. & odio habebunt mutuē.
Et multi pseudo prophetę surgent &se
ducent multos. Et quoniam habunda
bit iniquitas. refrigescet caritas multorū
Qui autē perseuerauerit usq; in finem.
hic saluus erit. Hoc Euāgelium.
In illo tēp. Dixit Ihc discipulis suis. Attendite afer
mento pharisęorum. quod est hypocrisis.
Nihil autē opertum est quod non reuelet ur.
& absconditum quod non sciatur. Quoniā
quę in tenebris dixistis in lumine dicentur.
Et quod aure loqui estis in cubiculis. pre
dicabitur in tectis. Dico autē uobis amī
cis meis. ne terreamini ab his qui occidunt
corpus. & post hęc non habent amplius quid
faciant. Ostendam autē uobis quem time
atis. Timete eum. qui postquam occiderit
habet potestatem mittere in gehennam.

Ita dico uobis. hunc timete. Nonne quinq;
passeres ueneunt dipondio. & unus ex il
lis non est in obliuione coram deo. Sed et
capilli capitis uestri. omnes numerati sunt.
Nolite ergo timere. multis passeribus plu
ris estis. Dico autē uobis. omnis quicūq;
confessus fuerit me coram hominibus.
& filius hominis confitebitur illum.
coram angelis dei. In illo autē
Nillo tempō. Dixit S. Iohannē
hīc discipulis suis. Ego sum uitis. uos
palmites. Qui manet in me & ego in eo.
hic fert fructum multum. quia sine me
nihil potestis facere. Si quis in me non
manserit. mittetur foras sicut palmes
& arescet. Et colligent eum. & in ignē
mittent & ardet. Si manseritis in me
& uerba mea in uobis manserint. quod
cumq; uolueritis petetis. & fiet uobis.
In hoc clarificatus est pater meus ut fru
ctum plurimum afferatis. & efficiami
ni mei discipuli. Sicut dilexit me pa
ter. & ego dilexi uos. Manete in dilec
tione mea. Si precepta mea seruaueri
tis manebitis in dilectione mea. sicut

&ego patris mei precepta seruaui &ma
neo meius dilectione . Hec locutus sum
uobis. utgaudium meum muobis sit. et
gaudium uestrum impleatur.

In natī vig. Scī Mathei.

In illo tēp. Dixit ihc discipulis suis.
Simile est regnum celorum the
sauro abscondito magro. Quē
qui muenit homo abscondit. & pregau
dio illius uadit. & uendit uniuersa
quę habet. & emit agrum illum. Ite
rum simile est regnum celorum homini
negotiatori. quęrenti bonas margaritas.
Inuenta autē una preciosa margarita.
abiit & uendidit omnia quę habuit
& emit eam. Iterum simile est regnū
celorum sagenę missę in mari. & ex om
ni genere piscium congregauit. Quā
cum impleta esset educentes. & secus
litus sedentes elegerunt bonos in uasa.
malos autē foras miserunt. Sic erit
in consumatione seculi. Exibunt an
geli. & separabunt malos de medio iu
storum. & mittent eos in caminum
ignis. ibi erit fletus & stridor dentiū.

Intellexistis hęc omnia ? Dicunt ei . Etiam.
Ait illis. Ideo omnis scriba doctus in regno
cęlorum . similis est homini patri familias.
Qui profert de thesauro suo noua & uetera.

S · S · E · S C Ū M M A T H E V M ·

In illo tempŏ . Dixit iħc discipulis suis.
Simile est regnum cælorum decem uir
ginibus . quę accipientes lampades
suas exierunt obuiam sponso & sponsę .
Quinq; autē exeis erant fatuę . & quinq;
prudentes . Sed quinq; fatuę acceptis lam
padibus non sumpserunt oleum secum .
Prudentes uero acceperunt oleum in ua
sis suis cum lampadibus . Moram autem
faciente sponso . dormitauerunt omnes .
& dormierunt . Media autē nocte clamor
factus est . ecce sponsus uenit . exite obuiā
ei . Tunc surrexerunt omnes uirgines
illę . & ornauerunt lampades suas . Fatuę
autē sapientibus dixerunt . Date nobis
de oleo uestro . quia lampades nostrę ex
tinguuntur . Respouderunt prudentes
dicentes . Ne forte non sufficiat nobis et
uobis . ite potius aduendentes & emite
uobis . Cum autē irent emere . uenit

sponsus. & que parate eram intrauerunt
cum eo ad nuptias. & clausa est ianua. No
uissime uero uenium & reliquę uirgines
dicentes. Dne dne. aperi nobis. At ille
respondens ait. Amen dico uobis. nescio
uos. Uigilate itaq; . quia nescitis diem
neq; horam .

In dedic ecclę. S lucę. Hilt.

INGRESSUS IHS.

Perambulabat hiericho.

Ecce uir nomine Zacheus. & hic
erat princeps publicanorum. et
ipse diues. Et quęrebat uidere
ihm quis esset. & non poterat pre turba .
quia statura pusillus erat. Et precurrens

ascendit in arborem sicomorum ut uide
ret eum . quia inde erat transiturus . Et
cum uenisset adlocum . suspiciens ihc
uidit illum . & dixit adeum . Zachee .
festinans descende . quia hodie in domo tua
oportet me manere . Et festinans descen
dit . & suscepit illum gaudens . Et cum mu
derent omnes murmurabant dicentes .
quod adhominem peccatorem diuertisset .
Stans autē zacheus . dixit adīm . Ec
ce dimidium bonorum meorum dnē do
pauperibus . & si quid aliquem defrauda
ui reddo quadruplum . Dixit ihc adeum .
Quia hodie salus domui huic facta est .
eo quod & ipse filius sit abrahę . Uenit
enim filius hominis querere & saluum fa
cere . quod perierat . IN DE SVPRA .
illo tempō . Dixit SCVM LVCAM .
ihc discipulis suis . Non est arbor bona
quę facit fructus malos . neq; arbor mala
faciens fructum bonum . Unaquęq; enim
arbor . de fructu suo cognoscitur . Neq;
enim de spinis colligunt ficus . neq; de ru
bo uindemiant uuam . Bonus homo de
bono thesauro cordis sui profert bonum .

& malus homo de malo thesauro profert
malum. Ex habundantia enim cordis.
os loquitur. Quid autē uocatis me dn̄e
dn̄e. & non facitis que dico? Omnis qui ue
nit ad me & audit sermones meos & facit
eos. ostendam uobis cui similis sit. Simi
lis est homini edificanti domum. qui fo
dit in altum. & posuit fundamentum su
per petram. Inundatione autē facta. illi
sum est flumen domui illi. & non potuit
eam mouere. Fundata enim erat. supra
petram. PRO DEFVNCTIS.
S. S. E. SCD̄M IOHANNEM.
In illo temp̄. Dixit ihc̄ discipulis suis.
Omne quod dat mihi pater ad me ue
niet. & eum qui uenit ad me non ci
ciam foras. quia descendi de celo. non ut
faciam uoluntatem meam. sed uoluntatē
eius qui misit me. Haec est autē uoluntas
eius qui misit me patris. ut omne quod
dedit mihi non perdam ex eo. sed resusci
tem illud in nouissimo die. Haec est uo
luntas patris mei qui in celis est. ut omnis
qui uidet filium & credit in eum. habeat
uitam & ernam. Et resuscitabo ego eum

nnouissimo die. Pro defunctis:
Nillo temp̃. Dixit martha S. Iohanni
adhuc. One si fuisses hic. frater meus non
fuisset mortuus. Sed & nunc scio. quia
quecumq; poposceris adeo dabit tibi deus.
Dicit illi ihc. Resurget frater tuus. Dicit
ei martha. Scio quia resurget in resurre
ctione. in nouissimo die. Dicit ei ihc.
Ego sum resurrectio & una. qui credit
in me. & iam si mortuus fuerit uiuet. Et
omnis qui uiuit & credit in me. non mo
rietur in eternum. Credis hoc? Ait illi.
Vtiq; dne. Ego credidi. quia tues xp̃s
filius dei. qui in hunc mundum uenisti.

Ihesu. Scũm Iohannem:
Nillo temp̃. Dixit ihc discipulis suis.
Sicut pater suscitat mortuos & uiui
ficat. sic & filius quos uult uiuifi
cat. Neq; enim pater iudicat quemquã.
sed iudicium omne dedit filio. ut omnis ho
norificent filium. sicut honorificant pa
trem qui misit illum. Amen amen dico
uobis. quia qui uerbum meum audit. et
credit ei qui misit me habet uitam eternã.
& in iudicium non uenit. sed transit

amorte inuitam .
nillo temp̃. Dixit ihē discipulis suis. Amen amendico uo
bis. quia uenit hora & nunc est. quando
mortui audient uocem filii dei. & qui
audierint uiuent. Sicut enim habet
pater uitam in semetipso. sic dedit & filio
uitam habere in semetipso. Et potestatem
dedit ei iudicium facere. quia filius ho.
minis est. Nolite mirari hoc. quia uenit
hora. in qua omnes qui in monumentis
sunt audient uocem eius & procedent.
Q uibona fecerunt in resurrectionem uitę.
qui uero mala egerunt in resurrectione
iudicii.

nillo temp̃. Circuibat ihē castella
in circuitu docens. Et conuocauit duo
decim. & cepit eos mittere binos. Et da
bat illis potestatem spirituum immun
dorum. Et precepit eis. ne quid tollerent
in uia nisi uirgam tantum. Non peram.
non panem. neq; in bona aes. sed calcia
tos scandalius. & ne induerentur duabus
tunicis. Et dicebat eis. Q uocumq; uiro

ierritis indomum . illic manete donec exea
tis inde . Et quicumq; non receperint uos
nec exaudierint uos . exeuntes inde excu
tite puluerem de pedibus uestris in testimo
nium illis . Et exeuntes predicabant ut pe
nitentiam agerent . & demonia multa ei
ciebant . Et unguebant oleo multos egros .
& sanabantur .

In illo tempo . Dixit ihc
discipulis suis . Misereor turbe . quia
triduo iam perseuerant mecum . & non ha
bent quod manducent . Et dimittere eos
ieiunos nolo . ne deficiant in uia . Et dicunt
ei discipuli . Unde ergo nobis in deserto
panes tanti . ut saturemus turbam tantam .
Et tanti illis ihc . Quot panes habetis . At il
li dixerunt . Septem . & pisciculos paucos .
Et precepit turbe . ut discumberent super
terram . Et accipiens septem panes & pisces .
& gratias agens fregit & dedit discipulis
suis . & discipuli dederunt populo . Et co
mederunt omnes . & saturati sunt . Et quod
superfuit de fragmentis . tulerunt septem
sportas plenas . Erant autē qui manduca
uerunt quatuor milia hominum . extra

paruulos & mulieres: ℣ Alleluia Ps. Confitemini
℟ Alleluia Ps. Confitemini
Illo tempore. Factum est in una dierum.
& ihc ascendit in naviculam & discipuli
eius. Et ait ad illos. Transfretemus trans
stagnum. Et ascenderunt. Navigantibus
autem illis obdormiuit. Et descendit pro
cella uenti in stagnum & complebant fluctu
bus. & periclitabantur. Accedentes autem
discipuli. suscitauerunt eum dicentes.
Preceptor. perimus. Ille surgens increpauit uentum & tempestatem aque. & cessauit. & facta est tranquillitas magna.
Dixit autem illis. Ubi est fides uestra. Qui timentes. mirati sunt dicentes ad inuicem.
Quis putas hic est. Quia & uentis imperat & mari. & obediunt ei. ℣ Iter ageniib;
℟ Alleluia Ps. Confitemini
Illo tempore. Dixit ihc discipulis suis.
Euntes predicate dicentes. quia appropinquabit regnum celorum. In quamcumq; autem ciuitatem aut castellum intraueritis. interrogate quis in ea dignus sit. & ibi manete donec exeatis. Intrantes autem domum. salutate eam dicentes.

Pax huic domui. Etsiquidem fuerit domus
digna. ueniat pax uestra sup eam. Si aut̃
nonfuerit digna. pax uestra aduos reuer
tetur. Etquicumq; non receperint uosneq;
audierint sermones uestros. exeuntes fo
ras dedomo uel ciuitate excutite puluere
depedibus uestris. Amen amendico uobis.
tolerabiliusf erit terre sodomorum ego
morreorum indie iudicii quam illi ciui
tati.

In illo temp̃. Dixit
ihc discipulis suis. Petite & dabitur
uobis. querite & inuenietis. pulsate et
aperietur uobis. Omnis enim qui petit
accipit. & qui querit inuenit. & pulsan
ti aperietur. Quis aut̃ exuobis patrem
petit panem. numquid lapidem dabit
illi? Aut piscem. numquid propisce ser
pentem dabit illi? Aut sipetierit ouum.
numquid porriget ei scorpionem? Si ergo
uos cumsitis mali nostis bona data dare
filiis uestris. quantomagis pater uester de
celo dabit spiritum bonum petentibus se.

Ad missã votiuã. S. Marcialis.

In illo temp̃. Sedenis ihc contra gazophi

latium. aspiciebat quomodo turba iac
taret aes in gazophilatium. Et multi di
uites iactabant multa. Cum uenisset aut
una uidua pauperc̃ula. misit duo minu
ta quod est quadrans. Et conuocans hc̃
discipulos suos. ait illis. Amen dico uo
bis. quia uidua hec pauperc̃ula plus om
nibus misit qui miserunt in gazophilaciũ.
Omnes enim ex eo quod habundant illis
miserunt. hec aut̃ de penuria sua omnia
que habuit. misit totum uictum suum.

In illo temp̃. Accesserunt
ad ih̃m discipuli iohannis dicentes. Qua
re nos & pharisei ieiunamus frequenter.
discipuli aut̃ tui non ieiunant. Et ait
illis ih̃c. Numquid possunt filii sponsi
lugere. quamdiu cum illis est sponsus.
Venient aut̃ dies cum auferetur ab eis
sponsus. & tunc ieiunabunt. Nemo aut̃
immittit commissuram panni rudis. in
uestimentum uetus. Tollit enim plen
tudinem eius a uestimento. & peior scis
sura fit. Neq; mittunt uinum nouum
in utres ueteres. Alioquin rumpentur

uires & unum effundetur . & uires peri
bunt . Sed unum nouum uires nouos
mittum . & ambo conseruantur .

SEQUENTIA SCI EV. S. IOHANNE

Illo temp̃ . Dixit iḣc turbis . Ego lux
in mundum ueni . ut omnis qui credit in
me in tenebris non maneat . Et si quis audi
erit uerba mea & non custodierit . ego non
iudico eum . Non enim ueni ut iudicem
mundum . sed ut saluificem mundum . Qui
spernit me & non accipit uerba mea . ha
bet qui iudicet eum . Sermo quem locutus
sum . ille iudicabit eum in nouissimo die .
Quia ego ex me ipso non sum locutus . sed
qui misit me pater ipse mihi mandatũ
dedit . quid dicam & quid loquar . Et scio
quia mandatum eius uita æterna est . Que
ergo ego loquor . sicut dixit mihi pater sic
loquor .

Actum est cum baptizaretur om
nis populus . & iḣv baptizato & oran
te apertum est cælum . & descendit spi
ritus sanctus corporali specie sicut colum
ba in ipsum . Et uox de cælo facta est . Tues

filius meus dilectus. in te complacui mihi.
Et ipse ihc erat incipiens quasi annorum
triginta. ut putabatur filius ioseph.

Qui fuit heli.
Qui fuit matthat.
Qui fuit leui.
Qui fuit melchi.
Qui fuit ianne.
Qui fuit Ioseph.
Qui fuit mattathie
Qui fuit Amos.
Qui fuit Naum.
Qui fuit Esli.
Qui fuit Nagge.
Qui fuit Maath.
Qui fuit mathathie.
Qui fuit Semei.
Qui fuit Ioseph.
Qui fuit Ioda.
Qui fuit Iohanna.
Qui fuit Resa
Qui fuit Zorobabel.
Qui fuit Salathiel.
Qui fuit Neri:
Qui fuit melchi.

Qui fuit melchi.
Qui fuit Addi.
Qui fuit Cosan.
Qui fuit Elmadan.
Qui fuit Er.
Qui fuit Iesu.
Qui fuit Eliezer
Qui fuit Iorim
Qui fuit matthat.
Qui fuit Leui.
Qui fuit Sem.
Qui fuit Symeon.
Qui fuit Iuda.
Qui fuit Ioseph.
Qui fuit Eliachim.
Qui fuit Melea.
Qui fuit Menna.
Qui fuit Mattatha.
Qui fuit Nathan
Qui fuit Dauid.
Qui fuit Iesse.
Qui fuit Obeth.

Qui fuit Booz.
Qui fuit Salmon.
Qvi fuit Naasson.
Qui fuit Aminadab.
Qui fuit Aram.
Qvi fuit Esrom.
Qui fuit Phares.
Qui fuit Iudę.
Qvi fuit Iacob.
Qui fuit Ysaac.
Qui fuit Abrahę.
Qvi fuit Thare.
Qui fuit Nachor.
Qui fuit Seruc.
Qvi fuit Ragau.
Qui fuit Falech.
Qui fuit Eber.
Qvi fuit Sale.
Qui fuit Chainan.
Qui fuit Arfaxat.
Qvi fuit Sem.
Qui fuit Noę
Qui fuit Lamech.
Qvi fuit Matusale.
Qui fuit Enoch.

Qui fuit Iareth.
Qvi fuit Maleleel.
Qui fuit Chainan.
Qui fuit Enos.
Qvi fuit Teth.
Qui fuit Adam.
Qui fuit Dei.
Ihc autę plenus
spiritu scō. re
gressus est a iorda
ne.

In illo tempꝰ. Dixit ihc discipulis suis.
Sicut fulgur exit aboriente & paret
usq; adoccidentem. ita erit & aduen
tus filii hominis. Ubicumq; fuerit cor
pus. illuc congregabuntur aquile. Sta
tim autē posttribulationē dierum illo
rum sol obscurabitur. & luna nondabit
lumen suum. & stellę cadent decęlo.
& uirtutes celorum commouebuntur.
Et tunc parebit signum filii hominis
incęlo. Et tunc plangent omnes tribus
terrę. & uidebunt filium hominis ue
nientem innubibus cęli cumuirtute
multa & maiestate. Et mittet angelos
suos cumtuba & uoce magna. & con
gregabunt electos eius aquatuor uen
tis. a summis celorum usq; adtermi
nos eorum.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

Nr. 274 Ausgang: Jan. 1960

I. Schäden:

II. Behandlung:

III. Besonderheiten:
Obere Schliesse angefertigt.